BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
12
17 C
19

12-17-C-19

HIERONYMI CA-
STELLIONEI CARDANI MEDICI
Mediolanenſis, de malo recentiorum medicorum medendi uſu libellus, ad Illuſtrem uirum. D. Philippum Archintũ Iur. Conſ. Conſiliariumq́; Cæſareum, ac almæ urbis Romæ gubernatorem.

Eiuſdem libellus de ſimplicium medicinarum noxa.
Cum Indice eoꝝ, quæ ſingulis ꝯtinẽtur capitibus.



BIBLIOTECA NAZ. ROMA

VENETIIS. M. D. XXXVI.

12.17.C.19

ILLVSTRI ALMAE VRBIS ROMAE GVbernatori. D. Philippo Archinto Iur. Conſ. & Cæſareo Conſiliario / Hieronymus Caſtellioneus Cardanus medicus Mediolanenſis. S. P. D.

NON ILLORVM ego conſuetudinem accuſare decreui: qui optimo iudicio, maxima doctrina, aſſiduoq́; uſu medendi inculpatam artem exercent: qualem in noſtra ciuitate præ cæteris Ambroſium Cauenagum multoties admiratus ſum: ſed eorum tantum incuriam excitandam iudicaui: qui cum medici ſint, omnia magis, quàm medicinam ſcire uidentur. Nam & mundos muliebres, & affinitates, quandamq́; popularem eloquentiam ita probe norunt, ut etiam cum colonis de arborum inciſione diiudicent, cum textricibus de penſis. Per hos ſanè mala inducta conſuetudo eſt, & gloria his artibus comparata; ipſis quidem ad augendam rem familiarem utilis: humano uero generi, populis, gẽtibus, nationibus, ciuitatibusq; pernicioſiſſima. Nam non ſolum infinita multitudo his erroribus quotannis periclitatur: uerumetiam ſanè conſulentibus, artiq́; ipſi ferè fides adempta eſt. Nec abre priſcorũ illorum Romanorum antiquiores ſexcentis annis urbem ſine medicis eſſe uoluerunt, non quòd eam artem tantũ inutilem credidiſſent: ſed quòd artis profeſſores aliis ingeniis gloriam quærebant: ex ipſorũ autem induſtria parum commodi accedere uidebatur. Nam quæ medico temporibus etiam his auctoritatem maximam dant, ſunt conſuetudines, clientelæ, ambitus, ueſtium ornatus, doli, uerſutiæ, con

ficti quidam molliuſculi mores: nihil in doctrina, experimentóue repoſitum eſſe uidetur. Cumq́; hæc non mediocria ſint: & de ſumma rerum certetur, ut unaquæq; ciuitas minus ſtudiis dedita eſt, eò grauiora incommoda patitur. Si quis igitur plus humani generis miſericordia, quàm cæterorum medicorum gratia teneatur: non inutiliter ad ſaniora conſilia pertranſibit. His uero, quibus aut menſa, aut andromitis, aut gynæcium bibliotheca ſunt ornatiora, haud facile erit iſta perſuadere: quibus nec codicũ græcorum tranſlatio, accæpta eſt: ſed Galenum græcum ex Arabico uitiatum præferunt. Non exclamabo quidem ò mores, cum & aliquos doctrinæ ſtudioſos uideam, & uitium iſtud iam obſoleuerit. Cũ uero te ingenio, memoria, uarietate ſtudiorum, facundia, authoritate præſtantiſſimum uiderem: optimum iudicaui, cui primos tamq́; ſalutares labores dicarem: quod & officia quamplurima, quibus me in ciuitate retinuiſti, poſtulabant: & uirtus inuitabat. Quod etſi mihi utile nõ fuerit inuidia gloriam præueniente, non parum tamen ad authoritatem nõſtram pröfuturum ſpero. Vale Mediolani. VIII. Idus Septembris. M. D. XXXVI.

HIERONYMI CASTELLIONEI CARDAni medici Mediolanenſis, de malo recentiorum medicorum medendi uſu libellus.

MEDICAM artem antiquis temporibus maximo in precio habitã fuiſſe hiſtoriæ, & diuina ſcriptura tradiderunt: Cum tamen ab initio conditę artis Gnidiæ ſententiæ præualerent, quas ſapientiſſimus Hippocrates libro, qui de uictus ratione in acutis inſcribitur reprobauit: incertũ tamen eſt eius temporibus cui maior fuerit authoritas an Hippocrati, an his qui Gnidias ſententias ſequebantur: Mortuo tamen Hippocrate eius inſtituta, poſteritas Gnidiis ſententiis antepoſuit: Itaq; factum eſt ut abuſus p̃niciosi in optimos uſus uerterentur: Sed cum nulla ætas calamitate ſua carere poſſit, hereſes, dogmatica, & emperica contrariis præceptis humanam ſalutem in diſcrimen deduxerunt, quarum ueſtigia ex Celio Aureliano ętiam his temporibus uidere licet. Tantæq; iacturæ alia non minor ex opinionibus adiecta eſt Teſſali, Erophili, Dioclis, Eraſiſtrati, Aſclepiadis, qui non tantum ſuperſtitiones (ſumma medendi authoritate gloria comparata) inſeruere: ſed ita famoſus uixit Aſclepiades, ut ad integram ipſe incolumis ſenectutem peruenerit, hominemq; rogo impoſitum ad uitam reuocauerit. Quorum monumentis tam uaria, tam incerta contrariaq; dogmata relicta ſunt: ut niſi Galenus Pergamenus medicorum gloria fuiſſet ſubſecutus, iam de medica arte actum eſſę uideretur: Etenim quæ illi pro ſalutaribus auxiliis inuenerant, non tantum non ſalutaria & noxia:

etiam, ſed & lætalia deprehenſa ſunt. Cumq́; quod fugeremus incertum eſſet, experimento cum illorum dignitate pugnante, quod ſequeremur non haberemus, nullo docente merito factum eſt ut Plinius uir acri ingenio, quia ante Galenum fuerat medicinam ſui temporis, medicosq́; qui eam exercerent ſummis iniuriis, accuſationibusq́; proſequeretur.

¶Cœperunt itaq; à Galeni morte commodiora auxilia occaſionesq́; medendi ex eius libris tanquam è perpetuo fonte hauriri, Quoniã uir ille optimus non unius ætatis aut regionis: ſed omniũ qui ante ipſum fuerant utilia precepta congeſſerat, quædam etiam propria inuentione ſuperaddidit: quæ nõ humana ſed potius diuina uidentur; qualia ſunt quæ in diſſectionum pulſuumq́; libris ædita ſunt. Quas duas doctrinas nullus eorum, qui eum ſecuti ſunt plenè adeptus fuiſſe nedum auxiſſe uidetur. Cumq́; ratio diſciplinæ poſtulet, ut nòn ſolum inuenta cognoſcamus: uerum inuentis aliquid adiiciamus cũ in his hoc fieri nequiuerit, merito ſanè hæ duæ doctrinæ miraculi quandam ſpeciem prebere uidentur, At nec tamen Galenus quamquàm accerrimus eſſet diſputator ſuis temporibus potuit opiniones ac medendi methodum à ſe inuentas inuidia contemporaneorum medicorũ reluctante aliis perſuadere, ubi uero ipſe in fata conceſſit extincta ſecum ſimultate ueritas refulſit. Perſeuerante igitur medendi conſuetudine quam Galenus inuenerat, cum eam in ordinem commodiorem, licet nõ meliorem redactam Paulus, Alexander, Aetiusq́; monimẽtis reliquiſſent bellis undiq; ac ſciſmate religionis Chriſtianæ flagrãtibus: litere ac bonæ artes ad Arabes qui eo tempore quietiores opulentioresq́; fuerant tranſlatæ ſunt, unde

unde quædam pſeudo doctrina à Raſi, Haliabbate, Auëzoar, Serapione, ac Auicēna introducta eſt: qui partim ingenii ſui confidentia, partim etiam malis uerſionibus linguarum innitentes, prò pudor quantum in nominibus rationeq; morborum peccauere, qualia medicamenta mutauere: membris hominis, nec formam, nec ſitum, nec numerum ſanum dereliquerunt: non conſtant in uertebris, non in muſculis quot ſint, concauos neruos à ſitu uariant, diſcretiuam mēbris/ſanguinis effectricem uenis/adiiciunt, ac pleraq; alia penè innumera, quæ nunc enumerare non eſt preſentis inſtituti.

¶ Recentiores breuitatis ac facilitatis cauſa expoſitorumq; authoritate inducti, cum etiam literæ arabum ad nos citius peruenissent arabes ipſos non græcos ſecuti ſunt: unde non tantum errores illorum imitati, ſed & longe plures admiſſerunt nihil ſani relinquētes, nec ipſos uniuerſales canones qui illeſi etiam apud arabes fuerant cuſtodiunt. Itaq; factum eſt, ut aliquando medicinam non aliter quàm mahumethani fidem religionemq; defendant.

¶ Graue me hercle certamē aggredior, qui adeo inueteratos errores, ac apud totum penè orbem diutino uſu firmatos abolere tentauerim: quod cum humanæ ſalutis beneficio, non cuiuſquam peculiari odio aut iniuria fecerim, cunctis qui medicam artē exercent, quiq; ueritatis ſtudio tenentur: quos quãplurimos futuros ſpero, gratam ac iucūdam rem facturum putarim, Non ſolum enim errores ipſos, cauſamq; errorum retexam, ſed & ueram medendi rationem explicabo, neq; id quiſpiam putet inutile, licet nãq; antiquorum doctrina abuſus illi tolli nequiuerint, non tamen deſperandum arbitror quin

 collatis

collatis egrorum authoritatibus rationibusq́; diligentius diſcuſſis, melioribus etiam tranſlationibus antiquorum, ſententia intellecta, abuſus illi in optimos uſus conuerti poſſint. Sicq́; humana ualitudo uariis ac periculoſis erroribus hucuſq; quaſſata, melioribus Hippocratis & Galeni inſtitutis inſtaurata, in poſterum redimetur fouebiturq́;.

¶Quod inſanabiles morbos curare aggrediuntur. Cap. 1.

PRIMVS abuſus eſt, cum inſanabiles morbos medicamentis amoliri aggrediūtur, quales ſunt ptiſis, ſcliroſis interior, tabes confirmata, ſimilesq́;. Nam non ſolū quia curare non poſſunt in melius traducere nequeunt, ſed in longe deterius: ac cito necant, alioquin longo tempore duraturos. ¶Quod autem ita ſit, manifeſtum eſt omnis incurabilis morbi cauſam cōfirmatam ac inſeparabilem corpori eſſe neceſſe eſt: quod autē tolli non eſt poſſibile pari ratione nec minui fas eſt, cum ſi minuatur eadem ratione auferri poterit, Igitur non licebit è morbo quicquam detrahere: omne autem auxilium ſiue dieta, ſiue medicamentum, ſiue opus manuale uirtutem minuit, humores turbat, mēbra aliena qualitate inficit. Cum igitur noceant nec iuuare quicquam poſſint, conuenit ut morbum deteriorem reddant, & egrum morti uelocius addicant. Cauſam

6 affor. 38. etiam ex Hippocrate intelligere poſſumus, Cancros

" occultos melius eſt non curare, curati enim citius

" pereūt. Quod in hoc incurabili morbo dixit in reliquis uoluit intelligi: in quibus par ratio parē promittit euētum. Hoc ego uidi ſæpiſſime, mulieres can-

tris occultis laborãtes, annis quadraginta ſuperuixiſſe, ſatis non culpata ualitudine: cum nullum neq; uiginti annis cancro ulcerato laborantem uixiſſe uiderim, cum plurimi & iam eorum bienio finiantur. Complures tamen medicorum hos morbos plurimis cauſis ſanare aggrediuntur: quidam quod non putent eos nequire ſanari, Alii quod etſi ſanare poſſe deſperent, in melius tamen perducere confidunt, Alii gloriæ ſtudioſi: Alii pecuniæ auiditate, dum nihil perdere ex hoc timent, nimiũ fiunt audaces: Qua in re illi plus damnandi ſunt, qui genere morbum incurabilem, quàm qui magnitudine ſuſcipiunt ſanandum, Diuini enim conſilii eſſet omnem morbũ genere ſanabilem intelligere: an curationẽ recipiat, an non. unde Hippocrates acutorum morborũ non omnino ſunt certæ pronũtiationes ſalutis, aut mortis. Galenus autem exponens ſolum in cronicis certitudo talis haberi poteſt, non autem in acutis. Licet Raſis non omnino certam in acutis cum Hippocrate ſpem eſſe dixerit, lõge tamen minorem in cronicis paſſionibus certitudinem euentus credidit cõtra Galenũ directe inuectus. Satis igitur pro cõfeſſo habeatur multarũ paſſionum finem ambiguũ fore. 2. aſſo. 19. 16. cõti. c. 1. fo. 312.

¶ Cura igitur blanditiua in talibus bonum eſt uictum talem inſtituẽdo qui uirtutem non minuat, morbo ſuppetias non ferat; dolores, ſinthomataq; ſedanda, corpus molliendũ, ita ut cauſæ uirtuti obnoxiæ aut morbo ſuppetias ferentes non augeantur: Hoc eſt quod dixit Princeps & à rationali curà non deſiſtas; quoniam multoties aliqui ſanantur abſque ſpe aliqua mirabiliter. 4. 4. t. 2. c. 10.

¶ Quod in dieta procedunt ingroſſando uerſus ſtatum. Cap. 2.

SECVNDVS abuſus eſt, cum in dietis ita pec- catur, ut ſepius fortunæ melius quàm medicis æger committatur, reclamat diuus Hippocrates, niſi cibi tedium adſit craſſiore dieta utēdum eſt in morbi principio, ac demum morbo inualeſcente ita paulatiue attenuandum ut parum, aut nihil conco ctionis tempore egro cibi exhibeamus, Plurimi ta men ut aliquid inſtituiſſe uideantur à principio mu lierumq́; conuitia timentes etiam nullo cibi faſtidio exiſtente ſubtilem inſtituunt dietam poſtmodū con coctionis tempore oua & ex carnibus contuſa exhi bent, ita ut ad mortem ſaturi ſi non medicati ſal- tem accedant. hocq; cum recte ſit Hippocratis man datis oppoſitum, ita tamen eſt generale ut uix cre di poſſit ab antiquorum mente fuiſſe alienum.

°regi.acu. c pª affor. o.& ante. l ad li .pren. it. 2º regi. cuto. c.18.

¶Vt igitur preſtat egro in principio laborante in- telligere, an cibi tediū adſit, an non, ſi adeſt die- ta extenuetur leuiſſima, quæ uſq; ad ſtatum perſe- ueret ſi propinquus adeſt, Si remotus quo tempo- re cibi tedio caret eo cibandus eſt, ita ut continue dietam exiliorem facere poſſis: quod ſi faſtidium nō eſt, morbusq́; acutus pane loto, aut ptiſana bis in die, aut ter cibandus eſt, continueq́; minorandus uſq; ad ſtatū cibus, hoc modo quot ſeruabis egros qui dieta ſira ſuffocantur: quod ſi morbus eſt le- uiſſimus carnesq́; aut oua ſunt dāda dabis à prin cipio, deinde ad ptiſanam ſtatus tēpore pertrāſibis, nec uirtutis periculum eſt, ut in ſequenti dicetur.

¶Quod nimium pingui utuntur dando car- nes & oua. Cap. 3.

TERTIVS uſus malus eſt, cum febrientibus carnes & oua exhibent dicētes noſtri tempo- ris

ris egros dietam ſuſtinere non poſſe, conſuetudinemq́; multum ualere.

¶Cum nos uideamus aliquot in carceribus ſanos pluribus annis pane & aqua alitos uixiſſe, longe autē minus infirmo cibi quàm ſano debetur, plus etiam alit ptiſana ac decoctus panis quàm crudus, nec uolumus eum pluribus annis ſed paucis dumtaxat diebus: donec morbus tranſeat abſtinentiam ſubſtinere: Nec quod dicunt de conſuetudine attendendum eſt, quia contra eos facit, antiquitus enim plus cibi carniumq́; ſumebant, ut ex hiſtoriis facile apparet, ut quandoq; arietem uno prãdio abſumerent, ſi igitur attendenda eſſet cōſuetudo ſubtiliorem nunc dietam inſtituemus. Preſtat igitur ptiſana aut pane cocto, aut pannico, aut oriza egros alere nil ex carnibus aut ouis dare donec morbi iudicatio pertranſierit ad duos dies: in grauibus acutisq́; morbis: nam aliter facientes egros interficiunt, non alunt: Quod ſi uirtus ualida fuerit adhuc tenuiore uictu opus eſt, nam neceſſe eſt aliter facientibus alterum trium ſequi, aut mortem, aut morbi longitudinem, aut accidentia ſeua, Quorū primum malum, ſecundum dānoſum, tertium timoroſum. In morbis autem longis, aut intercidentibus ut tertiana, aut duplex tertiana parumper craſſiore dieta utendum eſt ſecundum morbi magnitudinem.

Vt de P[...]ſtione [...]xandri ex Plut[...]cho.

p° reg. acu.

¶Quod contuſa & aquam carnis exhibēt. Cap. 4.

QVARTVS abuſus eſt, cum in dietis ad cōtuſa & aquam carnis tranſeunt etiam à principio quod ualde noxium eſt, nam nutriēs maſticatione digeſtionem acquirit, Secundo mandendi

3ª p¹ doc. 4. c. 2.

dendi uim afferunt. Tertio quia plus ingurgitant quã uirtus ferat, non enim ita decipimur comedẽdo, ſicut bibendo. Quarto quia aqua carnis longe deterior eſt iure, cum minus nutriat & calidior ſit, hoc autẽ dicunt quoniam corrigitur ac nunquam tantum corrigitur quantum oportet: & etiam quia eadem correctio uiribus adhibita melius proficiet, quod etiã pulchro experimento colligitur, uidebis enim contuſum edentem feces bilioſas protinus excernerant, ſi cum pane & carne paueris naturalis egeſtio fit / hoc ſepius animaduertimus, unde credendum eſt non omnino probatum eſſe alimentum quod ex contuſo gignitur, ſæpiſſime enim bilioſa. ac ſoluta fex ex eo pura procreatur, quod in febriente malum ſignum & cauſa peſſima dici poteſt: Hoc peccato nullũ eſt deterius. nam ut hipocritæ ſunt omnium hominum ſceleſtiſſimi: ita ea auxilia noxia magis, quæ quandam proficiendi ſpeciẽ habent, nocentq́: exiſtimant enim quoniam faciliter deuoratur, & carnis ſubſtantiam in ſe habere creditur, & cum annexis emendata uidetur proficere multum poſſe, quia facilius eſt impleri potu, quam cibo, ut dixit Hippocrates.

¶Conſultius igitur fuerit, donec mandendi facultas adeſt, ptiſana uti, quòd ſi neceſſitas alimenti cogat carnibus leuibus cum pane. Nam Galenum ita conſuluiſſe multotiens uideo: quòd ſi cum hoc mandendi poteſtas nõ ſit, utatur contuſo emẽdatiore ex carnibus: q̃d ſi uirtus adhuc debilior extiterit, iuribus correctis.

10. & 12. artis curatiuæ.

¶Quod laudant olera tanquam cibos. Cap. 5.

QVINTVS Error eſt, cum lactucam, endiuiã, bugloſam, lupulum cibos optimos collaudant cum

cum ratione cibi ad carnes panem,ptiſanam,lac,oua, orizam,comparate ſint longe inferiores ac medicinalem uim habent: non ergo alimenti ratione abſolute bona dicuntur,ſed abſolute mala,quod igitur comparatiue dicimus rectum eſt, quod abſolute noxium eſt, tum ſanis, tum etiam egris corporibus.

ℭNon eſt igitur conſulendũ ſano abſolute,ut herbis aut radicibus aliquibus ueſcatur, lactucamq́; inter olera minus pernitioſam non bonam eſſe dicemus, egris etiam cum animaduerſione conſulemus,ceteras herbas uituperat omnino Galenus. Li. de ci boni & li ſucci.

ℭQuod uinum negant egris. Cap. 6.

SEXTVS uſus non rectus eſt,cum uinum egris negant,quia materias ſubtiliet,& ad caput trahat,cũ uinum album ſit frigidum, multa etiam corpora humorum attenuatione indigent, atq; ſolum his quatuor caſibus noxium,quos uel dolor capitis aſſiduus, uel flegmate tentat,uel delirium offendit,uel febris ardens cum cruditate inuaſit. Ceteris autem utile eſt, ex Galeni doctrina,ſed nõ inutile etiam flegmonibus ad ſuppurationem iam redactis. Quibus autem uinũ eſt inutile,his amplius nocent carnes & oua, quod ergo inutile eſt,conceditur neglecto ſalutari potu,decepti Arabũ conſuetudine, quorum præceptis,tum propter legem,quæ à uino eos arcet,tum propter aeris temperiem,quæ lõge calidior eſt à uino temperare iubemur. Itaq; hac de cauſa à uino abſtinentes,morbos procraſtinant,longeq́; tardius ad ſanitatem perducunt. Is autem error eò ualidior perſpicitur,quanto eger uentriculo eſt imbecilliore,ita ut quandoq; ad aquam inter cutem perducat. 12.artis curatiue.fol. 129. ꝑo ad glauco.c.13.

¶ Conſiderabis igitur primo, ſi uinum non permixta mala qualitate ab egro ſentiatur, ſi non flegmone, nõ dolor aſſiduus ualidusq; tenet, uinum album adminiſtrabis. Si uero ab egro reſpuitur, non dabis. Si uero deſiderat uehementer materia concocta, aut ſuppurato flegmone lateris, dabis uinũ album dulce, ita enim
4° cõti.c.3. conſulit Raſis: Et nos deſtitutum aliquando à quodã medico, ac perſuaſum animum efflare: quoniam in
° o.56.&.87 pleureſi uinum conuenire non putabat, ſanitati reſtituimus, erat enim eger annorum.70.& ſuppurato flegmone, nihil eorum quæ intus erant, ob uirtutis imbecillitatem expuere ualebat. Cum uero uentriculus ualde infirmus eſt, raro uinum negabis: plures enim ſanauimus in morbis peſtiferis egros derelictos ſola uini potione, cum uirtus tantum attenuata eſſet, ut infra horam, expirare crederentur. Oportet autem medicum eſſe eruditum, & natura prudentem: non enim paucis uerbis tantum arcanum diſtingui poteſt.

¶ Quod Melones preponunt multis fructibus. Ca.7.

SEPTIMVS uſus non admittẽdus eſt, tam ſanis, quàm egris, cum melones tanꝗ minus culpatos fructus concedunt, quòd odore ſint non ingrato, ſapore autem iucundiſſimo. His autem qualitatibus
2° affo.38. decernitur cibi natura, eò autem maxime, quia parum deterior cibus aut potus, ſuauior aũt melioribus quidem, ſed minus ſuauibus eſt præferendus. Cũ uero cõſideras paruitatem radicis, & ſtipitis eximiæ magnitudinis eius habita ratione, & quàm proximus terræ ſit, & quòd ſuper eam perpetuo iacet, & quod ab omni aeris qualitate permutatur, & quòd augumẽtum eius eſt celociſſimum, confiteri cogeris, melonem, nil aliud

eſſe, quàm putridum terræ humorem: aliena qualitate coloratum, uitia omnia habentem, noxium uētriculo, iecori, ſpleni, inteſtinis, pulmoni, renibus, ueſicæ humores non ſolum putridos, ſed uenenoſos fluxosq́; facientem. Ad febres acutas peſtilentiales, ad apoſtemata, ad dolores, ad difficultates inteſtinorum paratiſſimum, à nullo authore quāquam egregie tamen ſatis uituperatum, noxas omnes horarii fructus tanto habet ampliores quanto eius magnitudo, ſucci multitudo, paruitasq́; cauſæ cōcoquētis: omnibus aliis fructibus maior eſt. Adde quòd nulli potui recte ſotiatur. nā cum uino humores peſſimos producit, ueſicę maxime obeſt, & iecori, & renibus, & apoſtemata gignit cum aqua leuitates inteſtinorum celiacum morbum, diarias, appetitus deiectionē ſubito operatur. Quod autem Hippocrates conſulit, rectum eſt, ut parum deterior, non multo deterior cibus ſit præeligendus. Bonitas autem ſaporis, & odoris manſuetudo in eodem genere cibi ad iudicandam ſalutarem uim multum proficiūt, At in diuerſis generibus nequaquā, Siliqua enim exitialis eſt cibus ſi Galeno credimus & fungi, & tubera, boletiq́;, & melongena: nemo tamen ſalubri cicorio ptiſanaq́; ordeacea negabit eſſe gratiora.

¶Conſilium igitur meum eſt ut non ſolum dimittatur ſed ab uſu humano explodatur etiam principum Decretis. Nam quæ lues eſt pernitioſior, quā quotannis multa millia hominum pereūt, Mirumq́; quòd à medicis hæc pernities conſulatur, omiſſis uuis & ficubus eiuſdem temporis fructibus longe minus noxiis.

¶Quod cibum uberiorem dant in prandio quam in cena. Cap. 8.

OCTAVVS uſus explodendus eſt, cùm cibum uberiorem capiendũ in prandio, in cena leuiorem conſulimus: alii oppoſitum totum utriq; Ita grauiter errantes, ut nullibi amplius: Nam cũ poſt cenam quies & tempus prolixius, & ſomnus & continentis frigiditas, ſubſequantur, merito cum hæ omnes cauſæ digeſtionem iuuẽt, cibus in cena copioſior debet eſſe quã in prandio: quod etiam Galenus in conſilio morbi comitialis ſentire uidetur, ac alii plurimi celebres authores: quod ſi nimio cibo peccare contigerit, uel noxio, cum error ille uomitu ſeuiſſime corrigatur ꝗ hora ſomni fieri nequit: conuenit quod admiſſus error in cõpioſiore cena hac de cauſa grauior ſit, quam in prandio: quia propter quietem & ſomnum non ita faciliter, aut uomitu, aut à piloro crudum deſcendit inferius, uehementius igitur ſpiritualia offenduntur: non igitur recte conſulunt, qui peccare leuius in cena dicunt. Ob hoc neminem uidi illorum qui aſſumpto ueneno antequam uomerent dormierunt cũratum fuiſſe. Tutius igitur in malis cibis, aut ualde nimiis periclitamur in prandio, quam in cena.

3° de uict' rõne & 2° de eľntis & 6° de tuẽda ſanitate, & ꝑoςõti. licet aliter princeps 3ª primi & ꝑª 3ᶠ.

¶ Melius igitur eſt in cena plus comedere ubi uel moderate comedendum ſit, aut leuiter peccandum, ita ut peccatum illud citra uomitum, aut alui deiectionem poſſit emendari: at ſi peccatũm graue futurum ſit, ut non poſſit corrigi citra eiectionem; ut quando nimis copioſe implemur, aut prauũ omnino ſuccum ingerimus, tunc leuius peccamus in prandio, raroſq; ueneno in prandio ſumpto mori cõtingit, ob hac cauſam: non igitur conſulendum eſt in altero duorum cum diſtinguendum ſit: Adde ne uſum eius qui longo tempore aſſueuit permutare coneris ſi cum inculpata ualitudine uixerit. Multos enim claros uiros ob hanc cau

ſam damnum non leue aſſecutos ſcio, Cum plus detrimenti ex mutatione conſuetudinis, quam iuuamenti ex recto uiuendi more conſecuti fuerint.

¶Quod omni leui cauſa cōſulunt medicinas. Ca.9.

NONVS uſus eſt non amplectendus, cum conſuetudo ſit quorūdam medicorum in omnibus etiam leuiſſimis diſpoſitionibus cōſulere egris dietam, & medicamina imperare: ut in grauedinibus, in corrizis, in doloribus membrorum exteriorum, in ephimeris ſpontaneis. Nam talia ſæpenumero ſunt naturæ dimittēda, non ſemper natura auxiliis medicinæ eſt aſſueſcēda. quoniam pigrior redditur ad deliquia inſtauranda: & multo eſt grauius perſepe nocumentum, quod medicina conciliat, quam morbus leuiſſimus qui auffertur. ſimile eſt hoc his qui per fœnus debita perſoluunt. In grauiſſima enim ſemper labuntur, dum modica extinguere putant. Hoc eſt quod dixit Princeps. Amplius ſcire debes &c. Sufficit in talibus, maxime ubi uirtus fortis eſt, moderato uti regimine, & reliqua naturæ dimittere, dūmodo periculū acrioris morbi nō immineat, quod facile à perito cognoſcitur. 4ª p̄ᶦ.c.p̄ in fine.

¶Vnde obſeruandum puto omnes morbos ratione certa uirtus egere, ſiue ſint inſanabiles, ſiue graues ſanabiles tamen, ſiue omnino leuiſſimi, ne quis forte ex ſuperius dictis errorem concipiat, at differt, nam in inſanabilibus & leuiſſimis, uictus pro ſola uirtutis ratione, tanquam ſi morbus nullus adeſſet, conſtituendus eſt, quantitatis ratione habita, in qualitate uero, ut cōtrarius ſit morbo, & cauſæ morbum facienti, & hoc differt à uictu exactæ ſalubri. at in his qui graui cōflictātur morbo, non ſolum qualitatis ad uirtutem habēda ex 6ª affō riſ.38.

eſt ratio, ſed etiam quantitatis, ita ut minor ſit cibus, quam à uirtute concoqui poſſit, ut morbo augumentum non ferat. Longe igitur copioſius inſanabili morbo, quàm ſanabili detentus paribus uirtutibus exiſtentibus alendus erit.

¶Quod carnes piſcibus preponunt in omni febriente. Cap. 10.

DECIMVS errandi locus eſt, cum uniuerſaliter carnes febrientibus dant, & piſces negant, moti authoritate Raſis in tertio ad Almāſ. c. 16. dicentis ꝙ omnes piſces ſunt dure digeſtionis, & longam moram in ſtomacho trahunt, & ſitim faciunt, cū non animaduerterint dictum primo ad Glauconem. c. 10. & 12. probari piſces in febribus tertianis, & quartanis, eosq́; facile cōcoquantur, præferreq́; eos carnibus in tertianis exquiſitis: Raſis autem corpori ſano comparauit, & magna parte improbatos cunctos damnauit, Perſepæ enim medicinali alimento eſt piſcis, & ut plurimum digeſtionis leuioris contrariæq́; qualitatis febri omni: cui ſi contingat, ut à cauſa calida, ut ſepiſſime eſt, fiat, etiam cauſæ febris aduerſabitur: Hocq́; errore quamplurimi eo dum inſaniunt, ut ſi quis contra auſus fuerit pro imperito habeatur.

¶Vtilius igitur erit in febribus ferè omnibus piſcibus quā carnibus uti: Sint autem piſces ex mari, Gobius aurata, arbor, & ſi ex ſaxatiliū generibus à Galeno libro de alimentis recitatis quiſquā inueniatur: ex dulcibus lutius, & perſicus, & uniuerſaliter qui ſquāmoſi albas & leues carnes habent, ſubtiles lati longiq́; non antiq ſalubribus aquis habitātes Raſis authoritate ꝑferunt.

¶Cuius cauſa impudentiam erroris craſſi preterire no

lui

lui ſaxatiles piſces, qui quibuſdam generibus diffiniũtur intelligentium pro piſcibus qui inter ſaxa degunt, qui nulli ſunt, quod ſi eos qui in aquis ſaxoſis habitant, credũt: abduani, & ticinii, potius erunt ſaxatiles maritimis, cum tamen ſaxatilium numero nullus ex aquis dulcibus comprendatur.

¶Quod auxilia ſimplicia, & compoſita corrupta habent. Cap. 11.

VNDECIMVS abuſus eſt, cum cuiuſlibet medellæ auxilia corrupta habeant. Hic tantus eſt error, ut eius memorari me pigeat: Pro caſſia lignea, corticẽ paluſtris giniſtræ: pro carpobalſamo, mirti cuiuſdam ſemen: pro zedoaria quæ ex oriente uehebatur, incognitam ex Germania radicem: pro luto Armeno, rubram Appulie terrã: pro lemnia terra, uulgarem cretam: pro doronico, inſulſam radicem: pro galanga quæ ætiti ſimillima eſt, ut Serapio docet, aliam acrem radicem: pro calamo aromatico, cuius ſubſtantia, quia calamus eſt, inanis interius ſpectatur, acorũ: pro acoro conſimilem colore, opere autem, ſapore, guſtuq; contrariam: pro xilobalſamo, lignum incognitum, nam quæ ad nos xilobalſami quantitas aduehitur hericiniæ ſiluæ non ſufficeret. Adde quod extinctũ eſt modernioribus refferentibus: pro malabatro, folia lauri, aliquãdo citranguli: pro xiloaloe, radicem oleaſtri odoribus imbutam: pro ſandaraca quod naturale eſt, gũmi iuniperi: pro lacca, ſandaracam in uſu aliquando intelligentes: pro ſcordion, herba ſcorodon quod aleum eſt agreſte nominis ſimilitudine decepti: pro blactis bizantiis, inutilem oſtraci corticem: pro cinabari quod è minera eruitur, cinaprium quod arti-

ficio argenti uiui,& ſulphuris conſtat ſimiliter:pro mi nio minerali,artificiale:pro oſſe cordis cerui, cartilagines bouum:pro ſmaragdo,iacintho, ſaphiro,carbūculo,granato, orientalibus gēmis,lapides adulterinos, ex Europa,ac borealibus regionibus aduectos:phillitim,pro ſcolopendro:lichen pro epatica: pro ſalutari neruorum præſidio pede coruino, pedem columbinum,quod uenenum eſt: pro hermodactilo omnium auxiliorum quæ neruis & iuncturis prodeſſe poſſint, præſtantiſſimo ephemer,radicem non ſolum inutilē, ſed & ſtrenue uenenoſam: pro yringo cui nulla in bubonibus compar medicina inueniri poteſt, ſpinoſam certe,ſed ita diſſimilem herbam adminiſtrant: ut iam cū pro maximis Alexi farmacis, maxima uenena propinant,ne ſciam quid ſperandum,ita cum non ſolum unum pro alio medicamentum ſubminiſtrent, etiam carent quāpluribus,narcaphto, cancamo,ciphi,amomo,balſamo,ambram habent rariſſimam,quæ nō ſit
lib.3.c.75. adulterina,diptamum,non illud Dioſcoridis ſine flore,& ſemine,nec quo utuntur,ille eſt Vergilii, mirram raram,bugloſum in controuerſia,eupatorium adhuc ſub iudice eſt:infinita ſunt,quæ connumerare non eſt preſentis inſtituti, quoniam quidam noſtris temporibus clari habiti uiri de his diſſeruere.

¶Taceo exeſa medicamenta,antiqua, marcida,corrupta,adulterina,deficientia, quæ nam oratio tot uitia poſſet amplecti? Vtuntur etiam quibuſdam herbis nō ſatis cognitis,quales ſunt daneia,ſcabioſa, pimpinella,quas & ſi omnino damnare nolis, confiteri tamen cogeris talium uſum diuinando potius,quam medendo fuiſſe comparatum.

¶Taceo compoſita farmaca,quæ ſimplicium non ſolum peccatis ſcatere neceſſe eſt,ſed etiam quibuſdā peculiaribus

culiaribus deliquiis,unde quis ſanam therlacam, aut integrum mitridatum demonſtrabit. Vnde ſapientiſſimus Venetorum magiſtratus, toties eius compoſitionem fieri uetuit, cum perfici poſſe nõ exiſtimare: Cum in clariſſima urbium hæc nõ potuerint fieri. in noſtris tamen non ſolum ciuitatibus, ſed opidis diſtribuuntur,mediciq́; quod admiratione magis dignũ eſt utuntur. Melius igitur eſſet,ut de quocunq; ſimplici,publica inter medicos concordia quod eſſet qualeq́; ſtatueretur: deficiẽtibus ſuccidanea Galeni, aliaq́; ália ratione inuenta ſubſtinerentur pondera,leges,ac electio adiungeretur. Demum in diſpenſatione non ſine medici cõſilio fieret, publice ſimplicia exponerẽtur. Quis ſanè rogo fuit antiquus, ꝙ uel ſimplicium,uel compoſitorum medicamẽtorum doctrinã non diligentiſſime fuerit proſecutus. Noſtri autẽ temporis medici farmacopolis ignaris, aut auaritię ſtimulo delinquẽtibus derelinquũt,nõ ne hi ſolũ in famulitio medicorũ cẽſent.

Quod aquis deſtillatis utuntur. Cap. 12.

DVODECIMVS abuſus huic adiectus eſt,eadem materia,diſſimili tamen ratione cum aquis diſtillatis utuntur,in quibus neq; odor, nec ſapor inuenitur,eius rei e quo facta eſt,exceptis roſacea, uiolacea,& ardentæ. nã abſinthii aqua prædulcis eſt, ubi autem nec ſapor,nec odor, ibi uirtus eſſe non poteſt. Adde ꝙ plumbo & ære fiunt,quæ duo metalla humano generi ſunt pernitioſiſſima, cũ uiderim aliquos ob uſum earum ad uentriculi tabem redactos, è quibus unus fuit Franciſcus Taegius phiſicus ac lector, q iuuenta prima hac de cauſa mortuus eſt:perniciosiſſima,& generalis hæc conſuetudo propter facilitatem

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

operandi,ac labores uitandos,& ſaporis iucũditatem inducta,tot miſeris egrotantibus damnoſa, tum à medicis,tum à farmacopolis.

¶Conſultius igitur fuit & antiquorum more cum decoctis operari,nam in illis uirtus reſidet, & mos ille ab eis licet operoſior comprobatus.

¶Quod utuntur ſimplicibus. Cap. 13.

TERTIVSDECIMVS error eſt, quoniã gloriæ ſpe multa cum ſimplicibus opãri poſſe ſperãt, è quibus etiam nunc ſunt quidam celebres operando habiti: cõtra quos, quia opuſculum ædidimus,inuehi nunc non eſt tempus.

¶Quod unus modus medẽdi eſt uniuerſalis. Ca.14.

QVARTVSDECIMVS uſus non admittendus eſt, cum ſingulæ ferè ciuitates quandam habeãt normam cõmunem medendi in principio cum caſſia hic/Venetiis etiam & cum electuario denitiuo,uel de ſebeſten:Ferrariæ, cum carapotiis: In Hiſpania cum pomis dietam moliuntur tridui:atq; ita omnes calopodio uno calciare nituntur. Quod ſi Cerdones non aliter:multi magis nudis cruribus, quam indutis ſpectarentur. Hunc modum aliqui canonice medendi uocant,quẽ propter uſum perpetuum norũt aniculæ,pigmentarii,tonſores,nobiles omnes Veneti, iam ſi omnes abuſus tantum medicis, quantum hic obeſſent,nemo certe unquã medicus uillam,aut prætoriam,domum emiſſet,at dicent,in cunctis lenitio uẽtris,iuuatiua a principio eſt:quid ſi non lenire,ſed eradicatiue purgare conueniat? quid ſi uenter lenis ſit: quid

quid ſi flebothomia moram non patiatur:quid ſi uentriculus ſit imbecillis,nonne prius corroborandus antequam leniendus?

¶Melius igitur eſt,ſi flebothomia moras non patiatur uenam ſcindere, ſi uenter lenis eſt digerere,ſi uentriculus imbecillis corroborare,quot uides a principio lenitiuum ſine utilitate uomuiſſe.

¶Quod nunquam a principio purgant eradicatiue. Cap. 15.

QVINTVSDECIMVS error eſt, cum nunquam a principio eradicatiue purgant, ſed illā operationem ad ſtatum producunt. In principio lenitiuis contenti, uel minoratiuis. Itaq; ut exitiale eſt quieſcēte materia eradicatiue purgare,ita turgente ea ad inferiores partes, maxime ac in uenis interioribus non purgare longe magis mortiferum.

¶Preſtiterit igitur quod mihi multoties contigit ea turgente a flegmonis metu liberaſſe egros,forti a principio medicamento exhibito. Vnde ſæpius contingit melius pauperes medicatos eſſe,q̃ diuites ob errandi timorem,Quod etiam Galenus ſuo tempore de cataplaſmatibus,teſtatus eſt, in curatiua arte,quæ iuxta precordia imponuntur. 11.lib.poſt medium.

¶Quod à principio ſemper à leuioribus inchoant. Cap. 16.

SEXTVSDECIMVS abuſus eſt, cum in principio ſemper a leuioribus curam moliuntur:quodam canone Auicēnæ decepti, non attendentes Hippocratis dictū: extremis morbis,extrema exquiſite reme- 4[a] p[r]. c. [?] p[a] affor.6. 4[a] affo.10.

remedia optima ſunt,& medicati in ualde acutis eadē die. Tardare enim in talibus malum eſt, dùm enim tēpus procraſtinant,eger eo perducitur,ut nullo poſtea medicamento ſanari poſſit. Adde quòd cum cura,non
3° & 3° ar- à leuioribus,ſed ab equalibus eſt inchoanda,ut Gale-
tis curati- nus libro de temperamētis teſtatur: ſic maximos mor-
ue. bos lactucis curare aggrediuntur, ut ſi inter plures unus euaſerit,miraculum feciſſe uideantur, Si moriuntur,perſuadeant facile aſtantibus egrum ui morbi nō medici inſcitia periiſſe. Fides in hoc medico ſemp propoſita eſt,cum qui moritur non accuſaturum: ego autem tibi dico magnos morbos non niſi fortibus auxilis ſanari à medico poſſe,quod ſi aliter curentur non à medico,ſed ſponte ſua ac naturæ fortitudine,quæ om
10. de in- nia contēnit & ſuſtinet cauſa ſanitatis orta eſt. de qua
genio. nullam medicus gloriā conſequi debet. Nam ut Auer
7° colliget rois dixit morbi ſunt in triplici differentia,quidam ita
c.31. parui comparatione uirtutis,ut ſponte ſanentur, quidam ita magni,ut etiam medici auxilio iuuati,egri tamen pereant. In his duobus medica arte opus nō eſt, Alii autem,ita modico à uirtutis robore interſtitio ſuperantur,ut in his medicinæ auxilium deſidereſ. Nam recte curati ſanantur: aliter,aut pereunt, aut in prauas incidunt,ac difficiles paſſiones.

¶Præſtat igitur in magnis morbis à magnis auxiliis: in maximis,à maximis in leuibus,à leuibus: in mediocribus,à mediocribus,initium medēdi ſumere. Et hoc eſt ab equalibus inchoare, Quod ſi dubitatio accidat, ut in grauius aut leuius auxilium incidas,tutius à leuioribus,paribus cauſis, quàm a fortioribus initium
4° p^i, c.3. ſummes. Et hoc eſt quod a leuioribus molienda eſt cura, Melius enim eſt,infra ſubſiſtere, quam exquiſitiſſime euacuare. Cum autem morbi natura ad ſtatum per augu-

augumentum accedat, ſintq́; in augumento fortiora accidentia, quàm in principio & meatus aperti magis, Merito ſi ſemper cum equalibus cura mollienda eſt, in augumento dabitur locus fortioribus auxiliis, quam in principio: igitur a principio reſpectu augumenti & ſtatus cum leuioribus inchoabis, & hoc eſt, quod uoluit Princeps. Iſti autem a leuibus ſimpliciter initium exordiendum duxerunt, quod ſi a maximis ortus eſt auxilii in illis perſiſtes. Nam in talibus tempore parum differt ſtatus ab initio, ſi uero a magnis iuxta ſtatum ad maxima eiuſdem generis cura terminabitur.

¶Quod uitant, aut procraſtinant ſanguinis minutionem. Cap. 17.

DECIMVS SEPTIMVS error eſt, cum in putrida ſanguinis minutionem uitant, In cõtinua autem procraſtinãt, unde Galenus, omnibus putridis febribus uenæ inciſio ſalutaris eſt in arte medendi, cum autem intra uenas humor extiterit ualida uirtute, & copioſiore ſanguine, & morbo imbecilliore, & quia per omnia tempora auxiliũ præſtat. His quatuor cauſis tutiſſime ac utiliſſime etiã a prima morbi hora minutio fiet. quanto enim citius, eo utilius, ac preſtãtius: ipſi uero cum in multis interpolatis nulla obſtante indicatione uenam non incidant, in continuis primam diem non ſolum, ſed quartam & ſeptimam tranſeunt, merito fiunt periculi ac mortis egri rei. lib. 11. poſt medium.

¶Vtilius erit in interpolatis ſi reliqua cõſenſerint, ſanguis uero plurimus fuerit, aut lenitione, ſi oportet, aut non uenam incidere. Caue tamen ne materiam peccãtem intra uenas trahas in continuis protinus ab inuaſione prima uenas incides, eo magis ſi materia flegmo

nem molliatur nitidis uentriculo, ac inteſtinis exiſten
Idē Auer. 7. collig. c. p̄. tibus, aliter autem lenitionem præmittas, unde Raſis in continentibus plurimi eorum, ac omnes fermè q̄ ante euacuationem ſanguinem miſerāt, mortui ſunt, qui uero euacuationem ante moliti fuerunt ſanati, de pleuretico morbo loquebantur. Non ergo ad plus, ſecundā diem, aut tertiam ſine flebothomia pertrāſibis, ſi recte operari uolueris uocatusq́; fueris à principio.

¶Quod minoratiue purgāt in morbis quietis. Ca. 18.

DECIMVS OCTAVVS abuſus eſt, cū in nō turgentibus morbis minoratiue purgant, à principio, alii autem electuario de ſebeſten, ut Vene
Scdm Leoniceni ſententiam. 11° p̄me particule. tiis, Mediolani cum trociſcis de uiolis ſine ſcamonea, ubi turbith adeſt, quod nec uerum turbith eſt, & medicina conturbans. Mens autem Galeni ſuper afforiſmo (concocta medicari) eſt, ut non ſit quieta exiſtente materia alia purgatio utilis, niſi lenitiūa ſuper illud, corpora cum quiſpiam purgare uoluerit. Nam melius eli
9. 1c p̄ticule. Idē 4a p̄f. c. 3. ad lr̄am. gere debet medicus, ſed plus eſt q̄ admittitur ex uirtute eo tempore q̄ ex materia, & relique partis cōcoctio impeditur, & obſtructiones augentur. Igitur cū quieta exiſtente materia nullum accidens ſeuum timeatur, non eſt facienda purgatio minoratiue, multominus eradicatiua, unde etiam prima quarti. t. 2. c. 7°. & apud me magis dilecta eſt adminiſtratio clyſteriorum ſecundum menſuram, qua indigetur in uirtute. Huic rationi maxime credideris, ſi ea quæ in bubonibus extrinſecus inciſis, ac non maturatis, aut expertus fueris, aut
lib. 2. c. 4°. Albucaſis dictis credideris. Quæ enim ex his pernitioſæ ſunt citius occidunt, quæ ſalubria tardiſſime, aut nūquam ſanantur, maturata autem cito faciliter, ac ſine dolore.

dolore, ad optimamq́; ſanitatem perducuntur. Rationes autem Raſis in continētibus, de purgando a principio, alias diluam in contradictore. Materia igitur nō turgente, nec ad uermes parata (iſtud enim quoddam genus eſt turgentis materiæ), quantūcunq; multa fuerit non purgabis, niſi poſt digeſtionem: Adde quòd in aliquibus lenitio fieri nequit, niſi cum ſolutiuo, addito ut in ruſticis & habitatoribus montium, qui caſtaneis aluntur, & quibuſdam hominibus, quorum naturam præſcire oportet, uel uſu, uel auditu, multoties etiā nulla indigemus lenitione, niſi ea quæ fit per clyſtere, cum uēter nihil deicit, & uentriculus exaninitus eſt, pro qua lenitione Raſim conſulit. 4° ad Alm. c. 18.

¶ Quod nutriunt, & purgant in ſtatu. Cap. 19.

DECIMVSNONVS abuſus eſt, cum in ſtatu uel augumento materia uirtutem opprimente debilitas uirtutis ab aſtantibus iudicatur, ob hocq́; medici alterū duorū faciunt, ac perſæpe utrūq;, cibant alimentis nutritiuis, qualia ſunt ius, contuſum, aqua carnis, ac purgant: quorum utrūq;, ita pernitioſum, ut nil deterius, cum morbi conſiſtunt, ac uigent, melius eſt quietē habere, dicebat Hippocrates de purgatione loquens, & alibi in acceſſionibus ſubtrahere oportet, apponere enim leſio cibandi rationem inſinuans. O miſeros illos medicos, qui modicæ gloriæ, aut cupiditate pecuniæ amicum, & ſibi fidentem occidunt conſcientiam perpetua labe cōmaculant, ſeipſos æternæ damnationi addicunt. Nemo enim eorum ita ignarus eſt, qui cum hæc faciat ſe cōtra omnes medicinæ regulas facere ignoret, egriq́; pernitiem accelerare: ſed timentes ne mulierculæ, aut fame interfeciſſe, 2ª affor. 19. p̄ª affor. 11. Itē 2º regi. acu. ad literam.

aut

aut cum oportebat morbo auxiliari neſciuiſſe dicant, plus hominum calumniam, quam Dei offenſionem timentes, tam manifeſte periclitantur.

¶Preſtat in his alium ſi times aduocare omneſq; uno conſenſu abſtinere, Multitudo enim medicorum unūquēq; ab infamia uindicat. Si poſſumus etiam pronoſticari de accidentibus, illud nobis maxime conducit: at ſi fas non eſt, falſa infamia detineri melius eſt, quàm conſcientia malorum perpetuo cruciari. ueritati enim inſiſtas, Nam infamia falſi criminis tandē extinguitur. Cum ueritas fortunam pediſſequam ſecum duxerit.

¶Quod omnibus purgationem poſt ſtatum ſaltem expedire putant. Cap. 20.

p^a 4^i t.2.c.7 VIGESIMVS error eſt, cum in cunctis purgatione opus ad ſanitatem eſſe putant, dicto illo Auicēnæ moti, & cum natura non mouet, moue tu hora motus eius: non quidem modum mouendi,
21. p̄me particule. ſed horam determinauit utilius interpretamur afforiſmum undecūq; natura repit inde ducere per conuenientes regiones, multi ſunt morbi, qui urina, alii ſudore, alii uomitu, alii ſanguinis profluuio, terminantur, alii bubonibus, alii heriſipilate, alii ulceribus, hos omnes conantur, alui profluuio finire uentrem ſubducendo: nonne dixit Galenus, eorū quæ in thorace con
5° de locis affectis.c.2. tinentur nihil poſſe per aluum excerni, ut in laterali morbo, & peripleumonia. Cur igitur aut qua utilitate purgant tales, Nā de antecedente cauſa nihil eſt quod minuant ſtatus, aut declinationis tempore, cum au-
3° de criſi. c.11. ctio per ſe ceſſauerit. Nonne dixit Galenus eorum morborum iudicationes per abſceſſus fieri, in quibus natura nō perfecte dominatur. Hi fiunt materiis extra erūpentibus

pētibus euacuatio materias intropellit, nec poteſt hoc fieri: quoniam natura non perfecte morbo imperat. His ergo pugnantibus egrum perire neceſſe eſt, at dicēt & febrem quidem habentis uētrem ſoluere melius eſt. quarta primi.c. 4. Hæc quidem indicatio eſt uomitus tantum comparatione, unde ſubiungit quam facere, ut ipſe euomat. Quod autem dixit, moue tu hora motus eius, in noua etiam traductione uerſum eſt, hoc modo, moue tu motu conuenienti motui eius, quare emendatum eſt.

¶ Satius igitur fuerit, dūmodo inditium natura purgationis præmonſtrauerit illam uiam ſequi, nec aluū mouere, niſi in uiis ductuum materia quieuerit: unde in peſtiferis morbis, quia natura non perfecte dominatur, ſi cia indicatio tentanda eſt, idq; bonum ſequi q̄ in unoquoq; genere cōmodiſſimum: eſt etiam quidā purgādi modus unicuiq; familiaris pleuretidi, ſputū, aut urina, cauſoni ſudor, flegmoni iecoris, ſanguinis ꝓfluuiū, tertianis uomitus, ſpleni uarices, & ulcera in cruribus, morbillis alui profluuiū, peſtilentialibus abſceſſus, ſudor, aut alui deiectio, uomitus autem lætalis terminatio eſt.

¶ Quod non utuntur, niſi medicinis quas appellant benedictas. Cap. 21.

VIGESIMVS PRIMVS error eſt, cum in ſolis medicinis, ut dicūt benedictis, conſiſtunt manna, caſſia, ſero, reubarbaro, & ſimilibus: nā cū materia groſſa, aut melancolica fuerit, tollunt quod ſubtile eſt, & craſſum derelinquunt, & ita ex curabilibus morbis, incurabiles faciunt, ut igitur non tutum eſt uelle ſemꝑ laborioſis medicinis uti, quæ robur uirtutis

tutis exoluunt, & ad malas preparant egritudines, ita nec laudabile, in leuibus conſiſtere, quæ morbos relinquunt deteriores, quàm prius curandos aſſumpſeris. ¶ Melius eſt igitur in craſſis lentisq; materiis non euacuare: oportet, igitur cum appropriatis ſemper opari. Serum enim in ultima ſubtilitate, lapis magnetis, in ultima craſſitie humores ſubducunt: reliqua ſunt intermedia, quorũ ordinem alias in cõtradictore expoſui.

¶ Quod materiam ſemper euacuant paulatine, ac digerunt. Cap. 22.

VIGESIMVS SECVNDVS abuſus eſt, tolerabilis tamẽ ac defenſione dignus, cum materiam paulatine docent digerendam, euacuandamq; ex dicto Auicēnæ, in quo tamen licet uerba nõ 4ª pᵉ.c.3.
mentem aſſecuti ſunt Principis, quoniam longe citius terminatur egritudo, ſi ad unam tantum uniuerſalem purgationem referuetur. Nam una euacuatio alterius impedit materiæ delinquẽtis coctionem. Ita igitur intelligatur ubi periculum deriuationis fuerit, eſt autem cum uirtus debilis eſt, uel iuxta principale aliquod membrum materia delituerit, aut nimis molle, ut adenes, & pulmo. In his enim caſibus etiam non exacte maturum bubonem incidere conſuluit Albucaſis, in reliquis longe melius citiusq; una euacuatione lib.2.&.4.
ſoluitur morbus, uermium tamen memento. Nam in his ut dicemus nedum aliquoties expectandum eſt digeſtionis principium.

¶ Quod dicunt non omnes morbos ad Phyſicum ſpectare. Cap. 23.

VIGESIMVS TERTIVS abuſus eſt, cũ omnes eas egritudines ad curã ſuam pertinere negant,

gant, quæ ſunt manifeſte, in quibus accuſari poſſunt, eas autem omnes profitētur, quæ ſunt difficillimæ accuſariq; nequeunt: decorationē igitur mulierculis: dētium paſſiones, tonſoribus: uulnera, ulcera, collectiones, Chirurgicis: oculorum morbos circūforaneis herbariis: ramicem, & herniam, Circulatoribus: puerperarum dolores, Obſtetricibus: infantium morbos, Mulierculis: gallicā luem, Impoſtorib': luxatos fractosq; articulos, Reſtauratoribus relinquunt. Vbi nam Galenum, aut Hippocratem, aut Albucaſim, aut Auicēnam inuenerunt, qui non omnem artem profiterentur, medicamenta ſingulis pararent, de his aperte diſſererent. unde Galenus in primis artis curatiuæ libris, totā curandi rationem à chirurgica ratione aſſumpſit, unde etiam oſſa à capite extrahere docuit lenticulari ferro, abſq; terrebratione, quod etiam in uſu eſt: mirmetias etiam è crure extrahendas docuit. Herniam, puerperarum paſſiones, infantiumq; diſtincte deſcripſit. Vnde in conſilio morbi comitialis dicebat, At ei qui uniuerſales canones ignorauerit, nec ſexcenta precepta ſufficiunt: Impoſſibile enim eſt ſine curandi methodo, quāpiam etiam, leuiſſimam paſſionem recte curare.

6° artis cur. 14. eiuſdē.

¶ Cur igitur ſi ſe medicos proficientur, hæc neſciunt, ſi ſciunt. Cur literas neſcientibus prouinciam hanc cōmittunt, Quod ſi ſe uictus rationem & purgationem etiam in illis ordinare fateantur, quomodo aut purgare, aut uictum ordinare poteris recte, ſi morbi qualitatem & magnitudinem ignoraueris. At dicunt à chirurgo recipio: non ne ſcriptum eſt, ſi cecus cecum ducat, ambo in foueam cadunt? eo magis, cum duo uel tres plerūq; ſint chirurgici etiam in maximis ciuitatibus, q literis operam dederint, reliqui tonſores laruati lauienam profitentur. At dicunt morem ſequimur ciuitatis

quale

quale illud 6º artis curatiue, in fine. Sed cũ Romæ plurimum agerem ciuitatis morem ſecutus, permiſſa his quos chirurgos uocant, maxima horum operum parte non doctrinam, ſed manus operationem ſe oſtendit dereliqſſe, quod ex prioribus uerbis licet deprehẽdere.

¶Quod ſi in hoc te non peccare, quod tamen haud poſſibile eſt demonſtrares, quam tamen fidem medicæ tibi preſtabo, aut uomicum, aut uentriculi ficum, aut in epate ulcus probe curaturum, ſi ozenam, aut bubonem, cui quotidie ſpecillo, aut manibus imponere, medicamentum potes ſanare neſciueris: an credam illud quod intra eſt leuius eſſe, quod plerunqꝫ perducit ad mortem, aut ſcientiam tuam aſtrologo uel diuinatori comparauerim, qui propria domus ſuæ peccata cum ignoret, de remotis maximiſq́; negotiis ſe ſcire profitetur: cum enim ulcuſculum, aut parotidem curare neſcieris, quomodo quiſquam neqꝫ cogitare poteſt, quod interius eſt ulcus, aut flegmonem te rite curaturum.

¶Ad medicum igitur pertinere arbitror perfectũ, omne morbi genus ſcire curare, non ſolum per dietã, medicinas, & unguenta, ſed etiam per manus operationem, inciſionem, uidelicet, uſtionem, terebrationem, quod tamen eſt illiberale chirurgo permittat opus, uidelicet manus, quoniam longe differunt neſcire operari, nec precipere, ac nolle manibus exercere. Nam cũ hoc non ſit decens, reliquum tamen non ſolum utile, ſed etiam eſt neceſſarium, difficiles enim bubones hoc modo curaui in triduo, ac decẽnes fiſtulas inueteratas, ac derelictas extrinſecus paſſiones miraculi modo qm̃ intrinſeca extrinſecaq́; adiutoria probè nouerã, itaqꝫ ſolo famulitio auxilio, ꝓut & Galenus, indigui.

¶Quod lune poſitiones obſeruant, ut non dent medicinas. Cap. 24.

¶Vige-

VIGESIMVS QVARTVS error eſt, cum lunæ radiationes in exhibendis farmacis uitant: nam cum ducere uolueris elleborum, moue corpus dixit Hippocrates: cum uero luna cum ſole coit, uel radiationem iniit, mutantur tempora manifeſte, quia elementa & humores agitantur. Igitur bonum eſt, tunc medicinam exhibere in cõiunctione, corpus repletum purgabis, in quadrato poſt oppoſitionem purgabis melius, poſt uenam incides. 4ª affor. 14.

¶Cum igitur uolueris recte operari, facies illud hora aſpectuum maxima, cum utilitate, cauebis tamẽ tria. Primum quod dies illa non ſit cretica, uel uetita ratione naturali. Secundum quod eger non ſit nimium debilis: ne ſi moriatur alia cauſa, culpent te. Tertium congreſſus Lunæ cum Saturno, uel Marte, ꝙ ſi hora radiationis cum Sole, Luna, Ioui, uel Veneri ſotietur, optimum erit purgare, uel minuere, ut placuit Galeno. 3º de dieb' decretoriis in prin.

¶Quod de inutilibus quibuſcunque rebus decertant. Cap. 25.

VIGESIMVS QVINTVS eſt, cum de minutiſſimis rebus diſceptant grauiora pretereunt, ut uideantur diligentiſſimi medici, memini me aliquando uidiſſe clariſſimos medicos concertantes ſuper differentia duarum dracmarum, a quatuor ſirupi de lupulis, qui tamen raucedinem per uenæ inciſionẽ curare nitebantur, neſcientes illud modernioris, qui raucedine detentus minuitur, nunquam curatur, merito igitur tales non medicos, ſed ſophiſtas optimus appellauit Auenzoar, decimant enim menthã, & anethum, & grauiora legis derelinquunt. Optimum medicũ decet, non ita ſubtiliter minutiſſima trutinare, quãdoquidem Philonis p theiſir. t. 10. c. 8.

doquidē nō ſufficiet grauioribus omnibus extimādis.

Quod frictiones dimittāt multotiēs. Cap. 26.

VIGESIMVS SEXTVS abuſus eſt, cum frictiones non niſi paucis morbis imperant, propter diſſuetudinem: cum tamen cunctis, nullis
lib.4.c.3. exceptis, non ſolum utiles ſint, ſed & neceſſarie, unde Celſus, Frictio cum omnibus uertebris ſit neceſſaria, " maxime tamen utilis eſt his quæ in collo ſunt.

12.ingenii iuxta p̄n^m Adnotare lubet alium errorem in frictione excipientium, pectus, & ſpinalem medullam, quoniā Galenus de ſolis cruribus & brachiis loqui uidetur. Nam Celſi authoritas, & ratio dictant, ſolum dextrum hypocundrium fore in frictione excipiendum. In cunctis igitur morbis frictio utilis eſt & neceſſaria, & quocunq; morbi uniuerſali tempore, ſed pro eorumdem diuerſitate uarianda.

Quod roboratione uentriculi pretereunt. Cap. 27.

VIGESIMVS SEPTIMVS error eſt, cum in omnibus morbis permutata uictus ratione, neceſſe ſit uentriculum a propria fortitudine minui, conuenit igitur ſemper ei preſidium admouere,
In p̄ quod tamē negligunt, unde Galenus ad glauconem, in cura tertianæ nothe, & quotidianæ, conſuluit, tanq̄ magis manifeſte uentriculo laborante, confortantia admouere præſidia, tum per interius, tum etiam per exterius. In frigidis calida: in ſiccis autem ſolam lactis pinguedinem prodeſſe inueni: In reliquis autem cauſis maxima auxiliorum copia non deeſt. Conuenit igitur omni morbo, omniq; uniuerſali eius tempore, hæc

duo ſemper præ manibus habere, frictionem & uentriculi conſeruationem.

Quod in bubonibus extrinſecis uenam incidunt. Cap. 28.

VIGESIMVSOCTAVVS error eſt, cum in bubonibus, cæterisq; abſceſſibus, quos natura foras ad loca minime periculoſa deſtinat, ſanguinis minutionem ſalutarem decernunt, ſolumq; quod quantitas materiæ aufertur conſiderant: quod autem modo non conuenienti, non aduertunt decepti authoritate Galeni cucurbitule non niſi uacuato corpori conueniunt. Nam cum medella hæc ad diuerſum trahat periculo maximo uim naturæ, ac conatum impedit: cumq; ab extra ad intus pernitiem molitur, duplex igitur malum eſt, naturæ impetum rationalem auferre, ac ad loca periculoſa materiam trahere. Galenus autẽ eo loco cucurbitulas ſine ſcarificatione, non cum inciſione damnauit. Ex Gal. ſnia 2º ad Glauconem 2º. lib. de hirũdinibus.

Preſtiterit igitur pluribus in cauſis copioſa uti ſanguinis detractione per ſiccias, cũ profunda inciſione. Nam ſic & conatum naturæ iuuabis, & ſanguinem minues, & materiam ad locũ ſalutarem deriuabis: quãdo autem & quibus in caſibus, docebit te liber cõtradicentium medicorum, quem fecimus.

Quod in laterali morbo minuunt ab aduerſo uel in pede. Cap. 29.

VIGESIMVSNONVS error ẽ, in laterali flegmone cum quidam ex aduerſo, alii ex eodem latere, alii in pede ex initio uenam incidant, cùm

 ipſis

ipſis ſit perſuaſum Galenum, Auenzoar, Meſue, & Raſim, ac Principē, diuerſa ſentire, nec ulla magis in medella eſſe diſcordes, cum tamen in nullo quod querūt aſſequātur, dumq; omnes pariter ſtudent imitari monſtrum nouum, nullum imitantur: eoq; inſaniæ uentum eſt, ut a Principe decepti, ſaphenā præferant, morboq; etiam procedente primam ſanguinis miſſionem ex aduerſa parte molliantur.

¶Ego ſane in uera pleureſi tātum ſaphenæ minutionem, Galenum & Hippocratē horruiſſe uideo, uti etiā in ea quæ in inferius coſtis eſt potius eiuſdem brachii, quàm pedis minutionem prætulerint: cum tamen ea minutio a loco patiente, nihil detrahat, niſi corde intercepto: quomodo igitur unquam ſalutarem ſaphenæ minutionem dixiſſet Hippocrates, aut Galenus in laterali morbo ſuperiore, binis interceptis geminationibus uenæ minute, & loco patiētis. Quod igitur ipſi habent pro familiariſſimo, neq; in mente fuit unquā, aut cogitari potuit a Galeno, uel Hippocrate.

¶Cum morbus lateralis in initio eſt tutius ſi parum ſanguinis ſit detrahendum, aduerſa parte fiet, ob hæc
13. de inge. Arabes, oppoſitam laterali prætulerunt, quod ſi mul-
di. 3a. c. 3. tus ſanguis ſit detrahendus ex eodem latere fiat, copioſa enim ſanguinis detractio ex latere eodem aduerſe qualiſcunq; fuerit preſtantior eſt. hæc igitur utilior ſemper, illa quandoq; ſecurior: quod igitur periculoſum, magis utilius etiam eſt, quod uero ſecurius plerumq; & inutile euadit.

¶Modus autem ſanguinis mittendi eſt, in totum con
30 reg. acu. uerſus cōſuetudini medicorum. Nam Hippocrates, &
12. t. & circa Galenus precipiunt, ut ſanguis mittatur bonus & cla-
& in cōme. rus, donec incipiat apparere liuidus, aut niger, Nam
uide. tunc ſignū eſt, ꝙ ſanguis qui in flegmone erat minuebatur,

batur, tunc ergo ſi uirtus conſtat etiam aliquid ex eo minuendum eſt, aliter tunc ſupprimendum; ita quod terminus ſuppreſſionis ſecundum Galenum, eſt in ſanguine malo. Medici autem noſtri temporis, non magis in hoc, quam in reliquis actionibus prudentes, totum contrarium faciunt. Nam cum ex febre ſanguis qui primo exit, quoquo modo niger ſit, eum tanquam noxiũ detrahunt, cum autem ſanguis probatus incipit exire ſiſtunt, quoniam theſaurum naturæ ab Auicẽna appellatum uident: itaq; totum abſceſſum intactum relinquunt, & egrum hoc modo occidunt. habentq; in hoc authoritatem Galeni ad Glauconẽ, dicentis, ſi ſanguis bonus eſt, ſupprimatꝰ, quod haud in apoſtematibus dixit. illi uero ꝙ de febribus dictum eſt, de apoſtematibus dictum etiam, & uerum putant. Tam ergo ignorantia craſſa multipliciter occidunt egros quatuor delictis. Primo quia ex ſaphena minuunt. Secundo quia ex aduerſo latere. Tertio quia nimis parum detrahũt, nõ expectãtes, quòd ſanguis niger, aut liuidus exeat, cum id citra multitudinem haud fieri queat. Quarto quia terminum ſiſtendi oppoſitum rationi de directo conſtituunt, cum bonus ſanguis exire incipit. In morbo igitur tam frequenti tot modis peccant.

4ª pⁱ. c. 29.

lib. p̃ de cura q̃rtane.

¶ Concludo igitur, quod in morbo laterali in quo uirtus ſteterit, & ſanguis minuendus ſit, quod omni tempore, ſiue in principio, ſiue augumento detrahendus eſt ſanguis ex latere eodem, ex brachio, ex interna uena, non ex cõmuni, ut plerũq; faciunt, donec ſanguis niger, uel liuidus apparere incipiat.

¶ Quòd in urinis turbatis ſanguinẽ mittãt. Cap. 30.

TRIGESIMVS error pernitioſus eſt, cum turbatis urinis ad ſanguinem minuendum properant,

fuiſſe hi ſunt, qui magno malo curati creduntur, cum nullus hic morbus ſit, nulla hæc ſit paſſio. Hæc eſt medicorum iactantia eum curaſſe, qui nihil mali habet, eorum uero, qui uere laborant, emoptoica paſſione neminem fuiſſe ſanatum. nuper dum hæc ſcriberem quidam aduenit, qui ſanguinem flegmati permixtū ſpuebat, cum nec ſalſum ſputum eſſet, nec homo tabidus uiſi eum nihil timere, cumq; ꝙ uiſcus expurgaret dediſſem, repente ſanatus eſt. cum hic alias eandem paſſionem haberet, medici dixerunt eum fore emoptoicum, itaq; fidem ex hoc preſtiterunt, aliquos ſine periculo, maxime minutionis poſſe liberari.

¶Patiente ad te ſputum ſanguinis ſi citra tabem ac ſalſedinem fuerit ueniente: ptiſana cum zuccaro eum cibabis, caput curabis, frigidis leuibusq; glutinantibus medicinis opitulare. Nam uel ex faucibus, aut è capite, aut aſpera arteria, aut reſudatione aliqua prouenit, ita ut omnino liberum a periculo egrum eſſe iudices, quod ſi cum hoc etiam febris inuaſerit, tutiſſimum ſignum eſt, nō exiſtentis fluoris. quod ſi cū hoc ſubniger eſt & congeſtus, tunc certum ſalutis inditium.

¶Quod adminiſtrāt puluerē cordialē cū cibis. Ca. 35.

TRIGESIMVS TERTIVS error circa febres ac uenenoſas paſſiones ita impudens eſt, ut non a medico fieri, ſed a uetula uix pſuaderi poſſem. Cum tamen omnes admittant, puluerem enim cordialem, ita enim appellant ex iacintho, ceteriſq; lapidibus conſtantem, ac zuccaro (ſatis hercle iucundum, puluerem guſtu) cibis permiſcent. In hoc omnes, uos ò medici percunctari, uellem: nam etſi uobis concedatur, lapides illos ueras eſſe gemmas, quāquam & hoc ſuperius

rius reprobatum ſit: primum quidē neſcitis, quod res dulces ad faciēdam oppilationem ſunt ueloces, unde Serapio, & dulcia ſunt ad inflāmationem epatis parata, quod dictum Alexander a Galeno iam ſuſtulerat. 2° de alimentis: quid autē magis epatis inflāmatione, & obſtructionibus perículoſius, cum utrūq; patris & matris egritudinum uicē gerat. Nam ex obſtructione putredo a putredine morbus ab epatis inflāmatione, tabes, febres, cordis, æſtus, hydrops, ceteraq; pernitioſa mala non magis alia cauſa fieri poſſunt. 3ª p̄i doc. 2ª c. 7. 4° breuiarii. c. ſcdo. c. 61. 2ⁱ lib.

¶Secundo, ſi alexifarmaca hæc eſſe credunt; neceſſe eſt magnam in eis uim credere, unde Galenus 5° ſimplicium medicaminum, neceſſe eſt cum alexiteria inter humanum corpus, ac deletetia ſint conſtituta æqua proportione. igitur neceſſe erit, ut copioſius ſumpta multum corpus à naturali temperie mutent: Cum igitur fortia ſint medicamenta, quomodo innoxio cibis iunguntur. Vnde diuus Auenzoar, & qui ſumpſerit theriacam uel ſmaragdum, non recipiat cibūm niſi poſt ſeptem horas, & poſt addit rationem demonſtratiuam talis abſtinentiæ, quid hoc clarius, allegēt mihi authorem, qui hoc conſulat uel concedat. c. 17. p̄ theiſi. c. p̄.

¶Tertio, quia lapis hic puluis eſt, ex cibo & contrito lapide cementum fieri ſolet, quo nihil eſt durius, nihil pernicioſius, qualem putas debere obſtructionem fieri: Vtinam ego intelligerem quo nam conſilio malitam egrorum corporibus introducere uelint.

¶Quarto, quia cum cibus medicinæ tali permiſcetur ſi cito trāſit obſtructiones maximas facit, quia crudus eſt, ſi tarde, nonne auxiliari ope deſtituetur, longa coctione permutatus. Solent enim nō ſolum alexiteria, ſed & uenena uim ſuam perdere, ſi diutius coquantur, unde Auicēna, & cum timueris ueneni exhibitionem 6ª 4ⁱ t. p̄. c. p̄

nem, multoties cibi plenitudo nos ſecuros reddit; quoniam ueneni uirtus ualidiſſima cibo obtunditur: quid ſperandum erit de his alexifarmacis, quæ etiam per ſe propinata modicam ſui ſpem promittunt, hæc eſt tam frequens eorum laudabilis conſuetudo.

¶ Annectitur huic non minor inſcitia minore tamen iactura cum mixturam quandam appellatam cordialem ex floribus, bugloſi boraginisq́; ac zucaro conſtã tem propinant dulcedine, ac craſſitate obſtruentem, adulterinam non ſolum ob puluueres uitiatos, uerum quia quòd bugloſum adhuc eſt incertum, grauem coctione, uermes alentem, qui plurimum peſtilentibus febribus copulantur, uentriculo herẽtem, flatuoſam ac non paruum cibi tedium afferentem.

Quod grauis ſit ac flatoſa colligiť, qa tumet a calore, ut 3º regimi. a Gal. habetur.

¶ Quod in uermium cura dant res leues & incognitas. Cap. 34.

TRIGESIMVS QVARTVS error in uermium cura multiplex eſt, nam cum leuibus primo eos aggrediũtur, dumq́; necare ſtudent, grã diores adultosq́; efficiunt, quoniam inefficacia auxilia exhibent. Secundo quia cum incertis medicinis expellere conantur, qualia ſunt os monocerotis ab eis tantum oportunum creditum, quantum precioſum à nullo cõmendatum authore, ab omni tamen medico collaudatum, tunc enim conueniet talia incognita experiri, quandoq; manifeſta qualitate iuuare ſolent, non iuuant, qualia ſunt omnia uehementer acria, accida, amara, ſolutiua, dulcia, etiam copioſa quandoq; diſſũ punt: uerum ſunt periculoſa omnia etiam acri odore prædita, ut kabrog, turbith, reubarbarum, radix filicis, ſemina caulium, portulacæ, ſantonicum, indicum, agaricus,

ricus, aloes, ſucus citranguli, crocus, diptamus uſualis, multa etiam alia ſtrenua medicamina. Cur ergo ea tẽtant: quæ fallacia non ſolum ſunt, uerum & ratione carent, unde Galenus, uirtutem nullam credidit, quæ à primis non deſcenderet qualitatibus in libris ſimplicium medicamentorum, unde in libello de lithiaſi: nõ ſunt ſane mihi accepta medicamina, quæ occulta uirtute agant, nec illis fidem habeo. Tertio peccant cum pulueres dulces exhibent incerta ſalutis ſpe: certa tamen iactura, nam zucari ius ſatis quidem ad confirmãdos uermes manifeſta eſt, coralli autẽ & ſmaragdi credita nolim ego incertum proficuum certo damno etiã longe minori præferri. Quarto quia eos copioſe cibãt plus uermibus, quam homini ipſi nutrimenti præſtantes, nam niſi pellantur cibis ali non debent, cum haud quaquam occaſio detur, niſi famelicos occidendi. 3.c.24.in fi.

¶Preſtiterit igitur cordialibus pulueribus cum dulci aqua, uel cum uino, per plurimum tempus ante cibũ uti: ita ut horæ ſint non pauciores, quàm quinq;, cibi uero medicinales, ac cordi proprii, ut ex croco, bugloſo, malo medico, citrãgulo, limunio: Cauere etiã dulcia oportet niſi citra uermium ſuſpitionem res agatur, tunc enim prodeſſe poſſunt, ſi liquida ſint, quoniam prõpta ad cor deferũtur, ſalutaremq; uim ſecũ ducãt.

¶In uermibus autem à forti auxilio initiũ duces diaturbith, itaq; inter compoſita, quod cum reubarbaro conficitur omnium auxiliorum eſt præſtantiſſimum à dracmis tribus uel circa, quod cum diutino experientia comprobauerim, rationem habet etiam ampliſſimam, ut cunctis aliis medicamentis præponatur. Nam dulcedine ſua à pueris libenter deuoratur, reubarbaro uermes occidunt & membra confortantur, turbith ſedes illorum expellitur, reliqua non ſolum gratiam

præſtant,

præſtant, ſed & innoxium reddunt, ita fit, ut iucundiſſimum, innoxium ualidiſſimumq́; ſimul ſit, inter ſimplicia autem nil fortius occidit, apii ſemine uerum, & illud ſoli in montibus expoſitum natum ſit, nec tamẽ epilepſiam mouet.

ℭQuod in febre peſtilentiali procedunt cum infrigidantibus. Cap. 35.

TRIGESIMVSQVINTVS abuſus eſt, cũ in peſtilentibus febribus, curam inualidam, inanemq́; exercẽt, ac ſanguinem etiam morbo procedente minuunt, in hoc tantum ſolo excuſari, quod
ſ.artis cur. cum Galeno ceteriſq́; antiquis peccant. Fatetur enim
9.ſimpl.me Galenus medella ſua parum profeciſſe, uexillumq́; glo
dicaměto- riæ in bolo armeno collocauit, quo ſcimus ferè nullos
rum. his temporibus ſanari.

ℭIn hoc certe morbo & modum medendi permutare oportet, nam calidis plus q̃ frigidis tollitur, habet & ſua concoquentia, alia longe ratione inuenta, ac longo uſu qualia à maioribus noſtris accepimus, quibus etiam nunquã ſimilia uidimus, de quibus etiam alias longo ſermone ſcripſimus. habet enim & hoc morbi genus medellam propriam, qua omnes penè curari poſſunt, ſicut & Gallicus: Cumq́; optimum ac frequẽs experimentum ratione certa confirmauerit, eum q̃ negat ſe ſanare poſſe, iure merito deſtituemus, ſed cum moras non patiatur, ut Gallicus audẽtius modum curationis ſuæ tutantur medici peccare ſe non arbitrantes, cum eos ſanare nequimus, ꝙ ab eis deſtituti ſunt, morbi malitia indutias non admittente, ſi quidem ex ſolo morbi initio probe auxiliamur.

ℭQuod pulicarẽ morbũ, morbillũ credũt, Cap. 36.

Trige-

TRIGESIMVS SEXTVS error exitialis eſt, in eo morbo qui pulicum maculis ſimiles in corpore notas efficit: nam eum nomine morbillorũ appellare nituntur, nos pulicarem à ſimilitudine nominabimus, & licet dicat Raſis. 18. continentis. c. 5. q̃d blaccie non habent eleuationem in cute, & ſunt rubeæ in ſuperficie cutis, & ita uideret hic morbus ab illo cõplecti: tamen dixit parum infra authoritate Gregorii quod blaccie ſunt aridæ & ſicce, uariolæ humidæ. ex quo apparet quòd eminentia eſt in utroq; : ſed differens, quia in uariolis terminatur in acumen, & eſt cum ſanie, in blacciis neutrum illorum, ſed aſſimilatur igni perſico quaſi: ex quo patet pulicare morbum, qui nullo modo extra cutim eminet, nõ eſſe uocatas blaccias à Raſi, ſed blaccias eſſe morbillos.

¶Exiſtimãt igitur morbillum eſſe pullicarem morbũ, unde & curam eandem eſſe neceſſe eſt, uocatur autem Venetiis pulicaris morbus, petechie: Mediolani ſigna, quo errore dum medici tenentur infinitam egrorum multitudinem peremerunt. Nunc etiam cum nihil ex morbillorum cura profecerint, attamen inſiſtunt exiſtimantes illud Hippocratis, omnia ſecundum rationẽ facienti, & non euenienti, non eſt tranſeundum ad aliud: ſtante eo quòd à principio uiſum eſt, nequaquã uoluit Hippocrates perſiſtere in his quæ contra rationem operantur, quales ſunt hi, nam pulicarẽ non eſſe morbillum paucis accipe. 2. afſor. 52.

¶Morbilli ſunt in cute eminentes ex toto genere ſuo ſalutiferi, omnibus hominibus adueniunt, ſicut & uariolæ, ut dicebat Auerrois ſingulisq; annis ſpectatur, à rubeo rariſſimus eſt, rariſſime niſi ſemel eidẽ homini aduenit, mitia habet ſinthomata, rarus etiã, niſi in pueris, ac aliquibus adoleſcentibus uidetur, non buboni-

bus

bus peſtilentiæ ſotiatur.

¶Pulicaris ſine eleuatione omnino eſt ſolaq́; macula cutis exiſtit genere ſuo mortiferus, nec dimidio humani generis adueniens, ſolis ſtatis temporibus non ſingulis annis ſæuit, modo ceruleus, modo uiridis, frequens etiam niger eundem hominem, bis, terq́;, quaterq́; inuadit ſinthomatibus ſæuiſſimis, omni ętati etiã uſq; ad extremum ſenium infeſtus bubonibus, ac peſtilentiæ ita familiaris, ut raro ab ipſis abſcedat.

¶Quæ ſanè uetula eſſet, quæ iam hereret in iudicio, quæ non diſtingueret, quæ aduerſis morbis diuerſas curas oportunas non indicaret, illi pertinaces decocta ad explodendum propinant, ut in uariollis & morbillis ſolet fieri: cum pulicaris macula ſolũ ſinthoma ſit, nec ulla materia ex eo excernitur, morbillus autẽ non ſolum ſignum eſt, ſed partem delinquentis materiæ continet, ob hoc expelli deſideratur.

¶Nec tamen putes me blaccias uelle à morbilis differre, ſed ad eum qui ſubterfugere poſſet ex mala uerſione ſcripta ſunt.

¶In hoc igitur morbo, cum peſtiferus ſit, & nõ ſolum epidimius præſtabit curam eam quæ peſtilẽti debetur adminiſtrare: in hoc ſolo mentẽ apponens, quod cum in ſubtili ſanguine accendatur, cutimq́; tentet natura, quæ talibus refugium eſt unicum, ſudorem eius ueram chriſim oſtendit: quare non deficientem adiuuabis, languenti coercebis, cordi auxilia feres, pauciq́; ab initio curati periclitabuntur. Liquet etiam ex hoc, eos qui aquam deſiderant, nullo meliore auxilio, quàm eius potu ſanari poſſe, ſi reliqua conſenſerint.

¶Quod in morbi gallici dignotione cauſis & cura peccant. Cap. 37.

Trige•

TRIGESIMVS SEPTIMVS abuſus eſt, circa morbi gallici, naturā qualitatemq́;, ac ſigna & medelam, de quo, quoniam libellum integrū ſcripſimus, ad illum te remitto.

¶Quod non expectant opationē medicinarū. Ca.38.

TRIGESIMVS OCTAVVS. error eſt, cum multitudine medicamētorum ęgrum onerant: eo dum, ut nec unius auxilium patiantur, impediunt, nocent, debilitant, expenſis inanibus egrum exhauriunt, hocq́; faciunt, ut plurima ſe ſcire uideantur: unde qui pauciora ſcit plurima ſemper exhibet, quoniā omnia omnibus conferre exiſtimat, decipiunturq́; quodam dicto Principis, & cum medicamentum non iuuerit, permuta te ad aliud, ſupple tu, tanto tēporis ſpatio expectato in quo auxiliari potuerit, nam cū tunc non auxiliabit, aliud eſt querēdum medicamen, unde ante dixit, caue ne à rectitudine recedas, licet uideris quod ipſarum tardetur iuuamentum. 4ª p̄ʳ.c.p̄.

¶Quod in doloribus nō utūtur appropriatis. Ca.39.

TRIGESIMVS NONVS abuſus eſt, cum in uehementiſſimis doloribus, interioribus undecunq; ſint per enemata ſuppoſitoriaq́;, ac anodina medicamenta curam aggrediūtur, quod ſi intolerabilis omnino dolor extiterit, ad ſtupefactiua accedunt, aliter autem in primis ſubſiſtunt auxiliis, nil acopum adminiſtrant, aut ſtupefaciens, aut quod occulta poſſit uirtute proficere, ut dolor mitior fiat, nam calidum trahere, frigidū denſare, ſtupefaciens uirtutē eneruare, atq; periculoſiorem morbum reddere dictitant.

¶Hoc

doquidē nō ſufficiet grauioribus omnibus extimādis.

¶Quod frictiones dimittūt multotiēs. Cap. 26.

VIGESIMVS SEXTVS abuſus eſt, cum frictiones non niſi paucis morbis imperant, propter diſſuetudinem: cum tamen cunctis, nullis exceptis, non ſolum utiles ſint, ſed & neceſſarie, unde Celſus, Frictio cum omnibus uertebris ſit neceſſaria, maxime tamen utilis eſt his quæ in collo ſunt.

lib.4.c.3.

¶Adnotare lubet alium errorem in frictione excipientium, pectus, & ſpinalem medullam, quoniā Galenus de ſolis cruribus & brachiis loqui uidetur. Nam Celſi authoritas, & ratio dictant, ſolum dextrum hypocundrium fore in frictione excipiendum. In cunctis igitur morbis frictio utilis eſt & neceſſaria, & quocunq; morbi uniuerſali tempore, ſed pro eorumdem diuerſitate uarianda.

12.ingenii iuxta pn^m

¶Quod roborationē uentriculi pretereunt. Cap. 27.

VIGESIMVS SEPTIMVS error eſt, cum in omnibus morbis permutata uictus ratione, neceſſe ſit uentriculum a propria fortitudine minui, conuenit igitur ſemper ei preſidium admouere, quod tamē negligunt, unde Galenus ad glauconem, in cura tertianæ nothe, & quotidianæ, conſuluit, tanq magis manifeſte uentriculo laborante, confortantia admouere præſidia, tum per interius, tum etiam per exterius. In frigidis calida: in ſiccis autem ſolam lactis pinguedinem prodeſſe inueni: In reliquis autem cauſis maxima auxiliorum copia non deeſt. Conuenit igitur omni morbo, omniq; uniuerſali eius tempore, hæc duo

In p̄

duo ſemper præ manibus habere, frictionem & uentriculi conſeruationem.

¶ Quod in bubonibus extrinſecis uenam incidunt. Cap. 28.

VIGESIMVS OCTAVVS error eſt, cum in bubonibus, cæteriſq; abſceſſibus, quos natura foras ad loca minime periculoſa deſtinat, ſanguinis minutionem ſalutarem decernunt, ſolumq; quod quantitas materiæ aufertur conſiderant: quod autem modo non conuenienti, non aduertunt decepti authoritate Galeni cucurbitule non niſi uacuato corpori conueniunt. Nam cum medella hæc ad diuerſum trahat periculo maximo uim naturæ, ac conatum impedit: cumq; ab extra ad intus pernitiem molitur, duplex igitur malum eſt, naturæ impetum rationalem auferre, ac ad loca periculoſa materiam trahere. Galenus autē eo loco cucurbitulas ſine ſcarificatione, non cum inciſione damnauit.

Ex Gal. ſnia 1º ad Glauconem 2º.

lib. de hirūdinibus.

¶ Preſtiterit igitur pluribus in cauſis copioſa uti ſanguinis detractione per ſiccias, cū profunda inciſione. Nam ſic & conatum naturæ iuuabis, & ſanguinem minues, & materiam ad locū ſalutarem deriuabis: quādo autem & quibus in caſibus, docebit te liber cōtradicentium medicorum, quem fecimus.

¶ Quod in laterali morbo minuunt ab aduerſo uel in pede. Cap. 29.

VIGESIMVS NONVS error ē, in laterali flegmone cum quidam ex aduerſo, alii ex eodem latere, alii in pede ex initio uenam incidant, cum

ipſis ſit perſuaſum Galenum, Auenzoar, Meſue, & Raſim, ac Principē, diuerſa ſentire; nec ulla magis in medella eſſe diſcordes, cum tamen in nullo quod querūt aſſequātur, dumq; omnes pariter ſtudent imitari monſtrum nouum, nullum imitantur: eoq; inſaniæ uentum eſt, ut a Principe decepti, ſaphenā præferant, morboq; etiam procedente primam ſanguinis miſſionem ex aduerſa parte molliantur.

¶Ego ſane in uera pleureſi tātum ſaphenæ minutionem, Galenum & Hippocratē horruiſſe uideo, uti etiā in ea quæ in inferius coſtis eſt potius eiuſdem brachii, quàm pedis minutionem prætulerint: cum tamen ea minutio a loco patiente, nihil detrahat, niſi corde intercepto: quomodo igitur unquam ſalutarem ſaphenæ minutionem dixiſſet Hippocrates, aut Galenus in laterali morbo ſuperiore, binis interceptis geminationibus uenæ minute, & loco patiētis. Quod igitur ipſi habent pro familiariſſimo, neq; in mente fuit unquā, aut cogitari potuit a Galeno, uel Hippocrate.

¶Cum morbus lateralis in initio eſt tutius ſi parum ſanguinis ſit detrahendum, aduerſa parte fiet, ob hæc Arabes, oppoſitam laterali prætulerunt, quod ſi multus ſanguis ſit detrahendus ex eodem latere fiat, copioſa enim ſanguinis detractio ex latere eodem aduerſe qualiſcunq; fuerit preſtantior eſt. hæc igitur utilior ſemper, illa quandoq; ſecurior: quod igitur periculoſum, magis utilius etiam eſt, quod uero ſecurius plerumq; & inutile euadit.

13. de inge. di. 3ª. c. 3.

¶Modus autem ſanguinis mittendi eſt, in totum conuerſus cōſuetudini medicorum. Nam Hippocrates, & Galenus precipiunt, ut ſanguis mittatur bonus & clarus, donec incipiat apparere liuidus, aut niger, Nam tunc ſignū eſt, q; ſanguis qui in flegmone erat minuebatur,

30 reg. acu. 31. t. & circa & in cōme. uide.

batur, tunc ergo ſi uirtus conſtat etiam aliquid ex eo minuendum eſt, aliter tunc ſupprimendum, ita quod terminus ſuppreſſionis ſecundum Galenum, eſt in ſanguine malo. Medici autem noſtri temporis, non magis in hoc, quam in reliquis actionibus prudentes, totum contrarium faciunt. Nam cum ex febre ſanguis qui primo exit, quoquo modo niger ſit, eum tanquam noxiũ detrahunt, cum autem ſanguis probatus incipit exire: ſiſtunt, quoniam theſaurum naturæ ab Auicẽna appellatum uident: itaq; totum abſceſſum intactum relinquunt, & egrum hoc modo occidunt. habentq; in hoc authoritatem Galeni ad Glauconẽ, dicentis, ſi ſanguis bonus eſt, ſupprimat, quod haud in apoſtematibus dixit. illi uero quod de febribus dictum eſt, de apoſtematibus dictum etiam, & uerum putant. Tam ergo ignorantia craſſa multipliciter occidunt egros quatuor delictis. Primo quia ex ſaphena minuunt. Secundo quia ex aduerſo latere. Tertio quia nimis parum detrahũt, nõ expectãtes, quòd ſanguis niger, aut liuidus exeat, cum id citra multitudinem haud fieri queat. Quarto quia terminum ſiſtendi oppoſitum rationi de directo conſtituunt, cum bonus ſanguis exire incipit. In morbo igitur tam frequenti tot modis peccant.

4ª p^i. c. 29.

lib. p̃ de cura q̃rtane.

¶Concludo igitur, quod in morbo laterali in quo uirtus ſteterit, & ſanguis minuendus ſit, quod omni tempore, ſiue in principio, ſiue augumento detrahendus eſt ſanguis ex latere eodem, ex brachio, ex interna uena, non ex cõmuni, ut plerũq; faciunt, donec ſanguis niger, uel liuidus apparere incipiat.

¶Quod in urinis turbatis ſanguinẽ mittũt. Cap. 30.

TRIGESIMVS error pernitioſus eſt, cum turbatis urinis ad ſanguinem minuendum propeſrant,

rant, quoniam per eam inflãmationem ſedare ſperãt, tales autẽ ſunt, quibus natura morbo perfecte dominari non poteſt, unde indicatio per abſceſſus exteriores eſt expectanda: cum igitur minutio uirtutis tenorẽ tollat, & ad cõtrarium naturæ impetum retrahat, merito cauſam mortis dediſſe uidebitur.

¶Omnibus his in caſibus ubi nullum flegmonis interioris ſignum apparuerit tutius per ſanguiſugas, & cucurbitulas ſanguinẽ aufferes copioſum pro qualitate temporis, morbi, uirtutis, & humorũ abſceſſuiq; uiã comparabis, nec ad exacerbationem bilis deduces.

¶Quod in emoptoicorum curatione ſunt ſegnes. Cap. 31.

TRIGESIMVS PRIMVS abuſus eſt, in emoptoicorum curationibus, quos omnes certe deſtinant morti, nam cum in his copioſiſſima ſanguinis minutio conueniat, ſicq; omnes a die prima liberentur, ut Galenus teſtatur, ac repetitis exemplis demonſtrat. Medici tamen noſtri temporis non audent, ſed breuem & interciſam detractionem faciunt, putantes, ſe Auicẽnæ præcepto muniri. cum tamen ſciãt Hippocratis dictum: a ſanguinis ſputo, ſaniei ſputum: a ſaniei ſputo, ptiſis: a ptiſi autem mors, unde Galenus eorum, quos iam ſanioſum ulcus occupauit, neminem ſanatum uidi, & parum poſt, cum uero flegmone inuaſit exigua ſpes eſt ſalutis. Cur igitur eum a latere longa tabes egri cruciatus familiæ infecto, diſpendiũ ampliſſimum, mors certa ſint conſtitutæ, ab altero ſi uena prompte ac ſepius copioſeq; minuatur, ſolum mortis periculum, rariſſimumq; immineat: præligunt tamen tãtam infimi, ac domus ſue iacturam periculoſa ſanitate

5º ingenii.
pº 4ᵗ. t. 2. c. 7
7ª affor. 15. & 16.
5º ingenii.

tate: uellem in hoc mihi aliquem ex his qui ita acuti ſunt ad accuſandum, ceteros nunc reſpõdere ac defendere, quoniã in propatulo eſt ex ruptura uenæ in pulmone nullum, in pectore autem rariſſimũ conualeſcere: quare in curatiua arte Thucididis dictũ probatur, quibus alia ſalutis ratio non eſt, & quæ unica uidetur ea dubia eſt, neceſſe eſt eos aduerſos periculis eſſe. lib.10.

¶ Debent igitur in hoc medici certa calamitatis iactura demonſtrata ſi a cura abſtineant, precæptiſq; ac antiquorum uſu citatis, imminētiſq; periculi, habita admonitione, curam ueram non fucatam, qualem Galenus docuit amplecti.

¶ Quod in cognitione emoptoicorum proprie aberrant. Cap. 32.

TRIGESIMVS SECVNDVS abuſus eſt, circa eãdem paſſionem ferè, nam cum maxima interſit differentia inter fluorem ſanguinis, & ſputum, unum pro alio capiunt, cum tamen longe differant, nam ſputum ſanguinis niſi in tabifico, ſit omnino, caret periculo, fluor autem maximo ſemper periculo copulat: unde Hippocrates ſanguis quidem ſupra qualiſcũq; fuerit, malum: dicitur enim fluor, ut Aurelianus refert, cum ſub quantitate magna ſanguis expuitur, rutilans non congeſtus, ſputum uero cum pituitæ permiſcetur, modicumq; excernitur, aut congeſtum, quale in longis orationibus, in reſudationibus grauedinibuſq; excerni ſolet, unde Plautus iamdudũ ſputo ſanguinem quaſi longum, non pernitioſum nominauerit morbum, apertione enim orificii uenæ etiã expurgatur. Fit etiam propter erroſionē in hoc falſum ſputum apparere neceſſe eſt, aut hominem tabificum 4ª affo.25. lib.2.c.9. In mercatore.

fuiſſe hi ſunt, qui magno malo curati creduntur, cum nullus hic morbus ſit, nulla hæc ſit paſſio. Hæc eſt medicorum iactantia eum curaſſe, qui nihil mali habet, eorum uero, qui uere laborant, emoptoica paſſione neminem fuiſſe ſanatum. nuper dum hæc ſcriberem quidam aduenit, qui ſanguinem flegmati permixtũ ſpuebat, cum nec ſalſum ſputum eſſet, nec homo tabidus uiſi eum nihil timere, cumq́ꝫ ꝙ uiſcus expurgaret dediſſem, repente ſanatus eſt. cum hic alias eandem paſſionem haberet, medici dixerunt eum fore emoptoicum, itaq́ꝫ fidem ex hoc preſtiterunt, aliquos ſine periculo, maxime minutionis poſſe liberari.

¶Patiente ad te ſputum ſanguinis ſi citra tabem ac ſalſedinem fuerit ueniente: ptiſana cum zuccaro eum cibabis, caput curabis, frigidis leuibusq́; glutinantibus medicinis opitulare. Nam uel ex faucibus, aut è capite, aut aſpera arteria, aut reſudatione aliqua prouenit, ita ut omnino liberum a periculo egrum eſſe iudices, quod ſi cum hoc etiam febris inuaſerit, tutiſſimum ſignum eſt, nõ exiſtentis fluoris. quod ſi cũ hoc ſubniger eſt & congeſtus, tunc certum ſalutis inditium.

¶Quod adminiſtrãt puluerẽ cordialẽ cũ cibis. Ca. 33.

TRIGESIMVSTERTIVS error circa febres ac uenenoſas paſſiones ita impudens eſt, ut non a medico fieri, ſed a uetula uix pſuaderi poſſem. Cum tamen omnes admittant, puluerem enim cordialem, ita enim appellant ex iacintho, ceterisq́; lapidibus conſtantem, ac zuccaro (ſatis hercle iucundum, puluerem guſtu) cibis permiſcent. In hoc omnes, uos ò medici percunctari, uellem: nam etſi uobis concedatur, lapides illos ueras eſſe gemmas, quãquam & hoc ſuperius

rius reprobatum ſit: primum quidẽ neſcitis, quod res dulces ad faciẽdam oppilationem ſunt ueloces, unde Serapio, & dulcia ſunt ad inflãmationem epatis para- ta, quod dictum Alexander a Galeno iam ſuſtulerat. 2º de alimentis: quid autẽ magis epatis inflãmatione, & obſtructionibus periculoſius, cum utrũque patris & ma tris egritudinum uicẽ gerat. Nam ex obſtructione pu- tredo a putredine morbus ab epatis inflãmatione, ta- bes, febres, cordis, æſtus, hydrops, ceteraq́; pernitioſa mala non magis alia cauſa fieri poſſunt. 3ª p̄ⁱ doc. 2ª c. 7. 4º breuia- rii. c. ſcdo. c. 61. 2ᶦ lib.

Secundo, ſi alexifarmaca hæc eſſe credunt, neceſſe eſt magnam in eis uim credere, unde Galenus 5º ſim- plicium medicaminum, neceſſe eſt cum alexiteria inter humanum corpus, ac deleteria ſint conſtituta æqua proportione. igitur neceſſe erit, ut copioſius ſumpta multum corpus à naturali temperie mutent: Cum igi- tur fortia ſint medicamenta, quomodo innoxio cibis iunguntur. Vnde diuus Auenzoar, & qui ſumpſerit theriacam uel ſmaragdum, non recipiat cibũm niſi poſt ſeptem horas, & poſt addit rationem demonſtra- tiuam talis abſtinentiæ, quid hoc clarius, allegẽt mihi authorem, qui hoc conſulat uel concedat. c. 17. p̄ theiſir. c. p̄.

Tertio, quia lapis hic puluis eſt, ex cibo & contrito lapide cementum fieri ſolet, quo nihil eſt durius, nihil pernicioſius, qualem putas debere obſtructionem fie- ri: Vtinam ego intelligerem quo nam conſilio mal- tam egrorum corporibus introducere uelint.

Quarto, quia cum cibus medicinæ tali permiſcetur ſi cito trãſit obſtructiones maximas facit, quia crudus eſt, ſi tarde, nonne auxiliari ope deſtituetur, longa co- ctione permutatus. Solent enim nõ ſolum alexiteria, ſed & uenena uim ſuam perdere, ſi diutius coquan- tur, unde Auicẽna, & cum timueris ueneni exhibitio- nem 6ª 4ⁱ t. p̄. c. p̄

nem, multoties cibi plenitudo nos ſecuros reddit; quoniam ueneni uirtus ualidiſſima cibo obtunditur: quid ſperandum erit de his alexifarmacis, quæ etiam per ſe propinata modicam ſui ſpem promittunt, hæc eſt tam frequens eorum laudabilis conſuetudo.

¶ Annectitur huic non minor inſcitia minore tamen iactura cum mixturam quandam appellatam cordialem ex floribus, bugloſi boraginisq; ac zucaro conſtãtem propinant dulcedine, ac craſſitate obſtruentem, adulterinam non ſolum ob pulueres uitiatos, uerum quia quòd bugloſum adhuc eſt incertum, grauem coctione, uermes alentem, qui plurimum peſtilentibus febribus copulantur, uentriculo herẽtem, flatuoſam ac non paruum cibi tedium afferentem.

Quod grauis ſit ac flatuoſa colligit, qa tumet a calore, ut 3° regimi. a Gal. habetur.

¶ Quod in uermium cura dant res leues & incognitas. Cap. 34.

TRIGESIMVSQVARTVS error in uermium cura multiplex eſt, nam cum leuibus primo eos aggrediũtur, dumq; necare ſtudent, grãdiores adultosq; efficiunt, quoniam inefficacia auxilia exhibent. Secundo quia cum incertis medicinis expellere conantur, qualia ſunt os monocerotis ab eis tantum oportunum creditum, quantum precioſum à nullo cõmendatum authore, ab omni tamen medico collaudatum, tunc enim conueniet talia incognita experiri, quandoq; manifeſta qualitate iuuare ſolent, non iuuant, qualia ſunt omnia uehementer acria, accida, amara, ſolutiua, dulcia, etiam copioſa quandoq; diſrũpunt: uerum ſunt periculoſa omnia etiam acri odore prædita, ut kabrog, turbith, reubarbarum, radix filicis, ſemina caulium, portulacæ, ſantonicum, indicum, agaricus,

ricus, aloes, ſucus citranguli, crocus, diptamus uſualis, multa etiam alia ſtrenua medicamina. Cur ergo ea tẽtant: quæ fallacia non ſolum ſunt, uerum & ratione carent, unde Galenus, uirtutem nullam credidit, quæ à primis non deſcenderet qualitatibus in libris ſimplicium medicamentorum, unde in libello de lithiaſi: nõ » ſunt ſane mihi accepta medicamina, quæ occulta uir» tute agant, nec illis fidem habeo. Tertio peccant cum » pulueres dulces exhibent incerta ſalutis ſpe: certa ta» men iactura, nam zucari ius ſatis quidem ad confirmãdos uermes manifeſta eſt, coralli autẽ & ſmaragdi credita nolim ego incertum proficuum certo damno etiã longe minori præferri. Quarto quia eos copioſe cibãt plus uermibus, quam homini ipſi nutrimenti præſtantes, nam niſi pellantur cibis ali non debent, cum haud quaquam occaſio detur, niſi famelicos occidendi. 3.c.24.in fi.

¶Preſtiterit igitur cordialibus pulueribus cum dulci aqua, uel cum uino, per plurimum tempus ante cibũ uti: ita ut horæ ſint non pauciores, quàm quinq;, cibi uero medicinales, ac cordi proprii, ut ex croco, bugloſo, malo medico, citrãgulo, limunio: Cauere etiã dulcia oportet niſi citra uermium ſuſpitionem res agatur, tunc enim prodeſſe poſſunt, ſi liquida ſint, quoniam prõpta ad cor deferũtur, ſalutaremq; uim ſecũ ducũt.

¶In uermibus autem à forti auxilio initiũ duces diaturbith, itaq; inter compoſita, quod cum reubarbaro conficitur omnium auxiliorum eſt præſtantiſſimum à dracmis tribus uel circa, quod cum diutino experientia comprobauerim, rationem habet etiam ampliſſimam, ut cunctis aliis medicamentis præponatur. Nam dulcedine ſua à pueris libenter deuoratur, reubarbaro uermes occidunt & membra confortantur, turbith ſedes illorum expellitur, reliqua non ſolum gratiam

præſtant,

præſtant,ſed & innoxium reddunt,ita fit,ut iucundiſſimum,innoxium ualidiſſimumq; ſimul ſit, inter ſimplicia autem nil fortius occidit, apii ſemine uerum, & illud ſoli in montibus expoſitum natum ſit, nec tamē epilepſiam mouet.

¶ Quod in febre peſtilentiali procedunt cum infrigidantibus. Cap. 35.

TRIGESIMVSQVINTVS abuſus eſt, cū in peſtilentibus febribus,curam inualidam,inanemq; exercēt,ac ſanguinem etiam morbo procedente minuunt,in hoc tantum ſolo excuſari, quod cum Galeno ceteriſq; antiquis peccant. Fatetur enim Galenus medella ſua parum profeciſſe,uexillumq; gloriæ in bolo armeno collocauit,quo ſcimus ferè nullos his temporibus ſanari.

5.artis cur. 9.ſimpl.medicamētorum.

¶ In hoc certe morbo & modum medendi permutare oportet,nam calidis plus q̃ frigidis tollitur, habet & ſua concoquentia,alia longe ratione inuenta, ac longo uſu qualia à maioribus noſtris accepimus, quibus etiam nunquā ſimilia uidimus, de quibus etiam alias longo ſermone ſcripſimus. habet enim & hoc morbi genus medellam propriam, qua omnes penè curari poſſunt,ſicut & Gallicus: Cumq; optimum ac frequēs experimentum ratione certa confirmauerit,eum q negat ſe ſanare poſſe, iure merito deſtituemus, ſed cum moras non patiatur,ut Gallicus audētius modum curationis ſuæ tutantur medici peccare ſe non arbitrantes,cum eos ſanare nequimus, q ab eis deſtituti ſunt, morbi malitia indutias non admittente, ſi quidem ex ſolo morbi initio probe auxiliamur.

¶ Quod pulicarē morbū,morbillā credūt, Cap. 36.

Trige-

TRIGESIMVS SEXTVS error exitialis eſt, in eo morbo qui pulicum maculis ſimiles in corpore notas efficit: nam eum nomine morbillorũ appellare nituntur, nos pulicarem à ſimilitudine nominabimus, & licet dicat Raſis. 18. continentis. c. 5. quod blaccie non habent eleuationem in cute, & ſunt rubeæ in ſuperficie cutis, & ita uideret hic morbus ab illo cõplecti: tamen dixit parum infra authoritate Gregorii quod blaccie ſunt aridæ & ſicce, uariolæ humidæ. ex quo apparet quòd eminentia eſt in utroq; : ſed differens, quia in uariolis terminatur in acumen, & eſt cum ſanie, in blacciis neutrum illorum, ſed aſſimilatur igni perſico quaſi: ex quo patet pulicare morbum, qui nullo modo extra cutim eminet, nõ eſſe uocatas blaccias à Raſi, ſed blaccias eſſe morbillos.

¶Exiſtimãt igitur morbillum eſſe pullicarem morbũ, unde & curam eandem eſſe neceſſe eſt, uocatur autem Venetiis pulicaris morbus, petechie: Mediolani ſigna, quo errore dum medici tenentur infinitam egrorum multitudinem peremerunt. Nunc etiam cum nihil ex morbillorum cura profecerint, attamen inſiſtunt exiſtimantes illud Hippocratis, omnia ſecundum rationẽ facienti, & non euenienti, non eſt tranſeundum ad aliud: ſtante eo quòd à principio uiſum eſt, nequaquã uoluit Hippocrates perſiſtere in his quæ contra rationem operantur, quales ſunt hi, nam pulicarẽ non eſſe morbillum paucis accipe. 2 affor. 52.

¶Morbilli ſunt in cute eminentes ex toto genere ſuo ſalutiferi, omnibus hominibus adueniunt, ſicut & uariolæ, ut dicebat Auerrois ſingulisq; annis ſpectatur, à rubeo rariſſimus eſt, rariſſime niſi ſemel eidẽ homini aduenit, mitia habet ſinthomata, rarus etiã, niſi in pueris, ac aliquibus adoleſcentibus uidetur, non bubonibus

bus peſtilentiæ ſotiatur.

Pulicaris ſine eleuatione omnino eſt ſolaq́; macula cutis exiſtit genere ſuo mortiferus, nec dimidio humani generis adueniens, ſolis ſtatis temporibus non ſingulis annis ſæuit, modo ceruleus, modo uiridis, frequens etiam niger eundem hominem, bis, terq́, quaterq́; inuadit ſinthomatibus ſæuiſſimis, omni ętati etiã uſq; ad extremum ſenium infeſtus bubonibus, ac peſtilentiæ ita familiaris, ut raro ab ipſis abſcedat.

Quæ ſanè uetula eſſet, quæ iam hereret in iudicio, quæ non diſtingueret; quæ aduerſis morbis diuerſas curas oportunas non indicaret, illi pertinaces decocta ad explodendum propinant, ut in uariollis & morbillis ſolet fieri: cum pulicaris macula ſolũ ſinthoma ſit, nec ulla materia ex eo excernitur, morbillus autẽ non ſolum ſignum eſt, ſed partem delinquentis materiæ continet, ob hoc expelli deſideratur.

Nec tamen putes me blaccias uelle à morbilis differre, ſed ad eum qui ſubterfugere poſſet ex mala uerſione ſcripta ſunt.

In hoc igitur morbo, cum peſtiferus ſit, & nõ ſolum epidimius præſtabit curam eam quæ peſtilẽti debetur adminiſtrare: in hoc ſolo mentẽ apponens, quod cum in ſubtili ſanguine accendatur, cutimq́; tentet natura, quæ talibus refugium eſt unicum, ſudorem eius ueram chriſim oſtendit: quare non deficientem adiuuabis, languenti coercebis, cordi auxilia feres, pauciq́; ab initio curati periclitabuntur. Liquet etiam ex hoc, eos qui aquam deſiderant, nullo meliore auxilio, quàm eius potu ſanari poſſe, ſi reliqua conſenſerint.

Quod in morbi gallici dignotione cauſis & cura peccant. Cap. 37.

Trige-

TRIGESIMVS SEPTIMVS abuſus eſt, circa morbi gallici, naturã qualitatemq́; , ac ſigna & medelam, de quo, quoniam libellum integrũ ſcripſimus, ad illum te remitto.

¶ Quod non expectant opationẽ medicinarũ. Ca.38.

TRIGESIMVS OCTAVVS error eſt, cum multitudine medicamẽtorum ęgrum onerant: eo dum, ut nec unius auxilium patiantur, impediunt, nocent, debilitant, expenſis inanibus egrum exhauriunt, hocq́; faciunt, ut plurima ſe ſcire uideantur: unde qui pauciora ſcit plurima ſemper exhibet, quoniã omnia omnibus conferre exiſtimat, decipiunturq́; quodam dicto Principis, & cum medicamentum non iuuerit, permuta te ad aliud, ſupple tu, tanto tẽporis ſpatio expectato in quo auxiliari potuerit, nam cũ tunc non auxiliabiť, aliud eſt querẽdum medicamen, unde ante dixit, caue ne à rectitudine recedas, licet uideris quod ipſarum tardetur iuuamentum. 4ª p̄ʃ.c.p̄.

¶ Quód in doloribus nõ utũtur appropriatis. Ca.39.

TRIGESIMVS NONVS abuſus eſt, cum in uehementiſſimis doloribus, interioribus undecunq; ſint per enemata ſuppoſitoriaq́;, ac anodina medicamenta curam aggrediũtur, quod ſi intollerabilis omnino dolor extiterit, ad ſtupefactiua accedunt, aliter autem in primis ſubſiſtunt auxiliis, nil acopum adminiſtrant, aut ſtupefaciens, aut quod occulta poſſit uirtute proficere, ut dolor mitior fiat, nam calidum trahere, frigidũ denſare, ſtupefaciens uirtutẽ eneruare, atq; periculoſiorem morbum reddere dictitant.

¶ Hoc

¶Hoc in errore non tantum ſicut in reliquis ſunt accuſandi cum ſe bene facere putent,licet male faciant, illudq́; canonicum credunt:in reliquis autem aut rudi inſcitia,aut timore aſtantium,aut obſtinatione diuturni abuſus periclitantur.

¶Cum igitur dolor qualiſcunq; ſit,ſiue acerbus, ſiue mitis uexauerit quomodocũq; tollendus eſt,dũmodo non per narcotica uocatã medicamenta : eo enim tantum in intollerabili opus eſt,ſed & tunc ultimum proponendum,qualia auxilia ſunt, cornu cerui,galanga uſualis,piper,limaces, nam nocumẽtum quod ex debilitate uirtutis fit,& materie attractione doloris tempore(nam dolor ſanguinis profluuium irritat, & flegmones facit)maius eſt, nocumento cõdenſationis materie ex medicamento frigido,& ſepe etiam maius periculo torporis membri à ſtupefaciente medicamento inducti. non ergo expectabis lenitionem in ſedando dolorem,oportet tamen illud facere,& hoc non omittere,caue tamen ne medicamento morbi magnitudinem excedas: At dicẽt, uera doloris cura eſt cauſæ ablatio.fateor, aliud tamen eſt à quo cura ſit exordienda,aliud in quo finienda perficiendaq́; : nam ſic conueniret in quocunq; morbo materiali radicitus à principio purgare, At dicent in eis prohibet indigeſtio. at ego dico in doloribus ſepiſſime, & dolor, & indigeſtio, & debilitas uirtutis, & ſimptomata mala impediunt, ut uomitus hoc abuſu,quam plurimi pereunt, aut contabeſcunt,qui cito alioquin ſanarentur.

3° & 5° ingenii, & 2° de dif. feb. c. 11. & in techni. 95.

¶Quod in fortibus doloribus timent mittere ſanguinem. Cap. 40.

QVADRAGESIMVS abuſus eſt, cum in eiſdem doloribus,quãquam acutiſſimis uana ſuſpi

tione

tione,ne uirtus ſoluatur detenti ſalutarem uenæ inciſionem pretermittant,cum tamen ex Galeni precepto ſit,& dolorem mitiget, & nos ſecuros à flegmonis ſuſpitione reddat,ac ex conſequenti ſemper ferè à morte,raro enim dolor occidit,niſi flegmone concitato.

lib. de pſa. giis,ubi uſ. ꝙ ad animi deliquium, & pᵃ affo.23. &.9.ð inge. c.4.dictum uero ad Glaucone ꝑ. c. 14. loqᶠ de doloribꝰ q ſunt febriũ ſinthomata

ℭQuod in nephriti utãtur diureticis cibis. Cap.41.

QVADRAGESIMVSPRIMVS uſus dãnandus eſt,in renum calculo,cum cibos diureticos uinaq́; alba propinant,credentes uias apertiores reddere,cum plurimam eo materiã coaceruent, lapidemq́; ac arenas aduocant. nam quod ſperant materiam ibi moram non ducturam, haud impetrare poſſunt,cum mora nutriendi cauſa ſit neceſſaria, apertis igitur uenis de materia plus accedit, cum hoc etiam podagram adiungunt, unde in communi adagio ex lithiaſi podagra.itaꝗ unum uolentes morbum curare ipſum deteriorem reddunt,aliumq́; non minus grauem adiungunt.

ℭMelius eſſet igitur cibaria uentrem ſubducentia minimeq́; aperientia aſſumere, ſed conſtringentia qualia ſunt que oppillant,ac unctuoſis,uel lenientibus complicantur.

ℭQuod digeſtiua trina faciunt. Cap.42.

QVADRAGESIMVSSECVNDVS abuſus eſt,cum digeſtiua trino numero terminãt. cum ſanguinem pondere,non uirtute, non qualitate,non impetu, eoq́; tãtum uſus malus creuit, ut mihi,quandoꝗ quatuor aut quinꝗ digeſtiua danti,quoniam nõ protinus medicinam exhibebam,mulierculę ſubmurmurarent, quod adiungitur deterius

9.artis cur. eſt,cum miſſionem ſanguinis iteratam magne minutionis uicem ſupplere poſſe credunt: cumq; hoc in utriſq; ſinochis peccato pernities, aut morbi longitudo egris comparatur.

Cogitare oportet digeſtionem materiæ, ubi egrum uidere non poſſis,ratione habita,tum morbi,tum accidentium indicabis: nulloq; numero famulaberis, ſed ad ultimā uſq; coctionem peruenies:in ſanguinis etiā miſſione iterationem fugias,cum una copioſa ſecure adminiſtrari poſſit,iteratio enim Arabibus qui in caliđiſſima regione habitant, ob idq; parū etiam ſanguinis habent,acceptiſſima eſt.

Quod in hydrope utuntur ſoldanella. Cap. 43.

QVADRAGESIMVS TERTIVS eſt error, cum in hydrope ſoldanella utūtur, quæ epar debilitat,nec ſatis antiquis nota eſt,ea præſertim in cura in qua tum ualidiſſima, tum tutiſſima auxilia non deſunt.ego ſane eorum qui ualida uirtute, ac ſine epatis ſcliroſi erāt, neminem mortuum uidi,cum curam antiquorum recte experti fuerūt,ita ut non difficilem genere morbum aſclitem indicauerim.

Quod in fluxibus cum febre dant caſſiā. Cap. 44.

QVADRAGESIMVS QVARTVS error ē, cum in fluxibus purgatione utuntur, cum caſſia etiam peſſime,quoniam inteſtina debilitat, immemores eius quod Glauconi Galenus referebat, cum febris fluxui ſociatur, non purgabis, aut aſtringes: multos enim medicorū uidi talia faciētes, egros etiam qui nō quantum oportebat,aluo deiiciebant,nihilo ſetius in

p in de cura febriū cū accidētib⁹.

gra-

grauiſſima pericula perduxiſſe: quędam cognoui medicũ qui cum morti proximus eſſet, ſeipſum occidiſſe confitebatur, nam cum non in ſe quã in aliis eſſet prudentior in fluxu tres lenientes medicinas aſſumpſit, quibus inteſtina imbeciliora reddita, humoresq; concitati mortis cauſam dederunt: nam cum materia ueneni particeps eſt, emẽdari debet, fluctuans enim egrũ interficit, unde etiam illud difficultas inteſtinorum ſi ab atrabile inceperit letalis eſt, non dixit, ſi cum atrabile fuerit, ſed ſi inceperit, nam emendati humores minorem noxam pariũt, ſi uero praui tutius quieſcunt, quã moueantur, ſiue medicamento, ſiue ſpõte: quod ſi humores haud uenenoſi ſint, concoqui debent, antequã purgentur, eſto modo quod nulla uenenoſitate ſint infecti, ſint etiam concocti, preſtat etiam non purgare, quoniam ſecurius pluribus quam paucis diebus eadẽ humoris quantitas eiicitur. nullo igitur in caſu purgare, rariſſime etiam aſtringere conueniet, cum febris fluxui aſſociabitur, nec ſcio cũ omnes authores antiqui conſulant potius aſtringendum quam laxandum, cur iſti lenitione opus eſſe exiſtiment, nam licet Raſis in libro diuiſionum in cura fluxus ab atrabile purgationẽ precipiat cum epithimo, intelligit tamen cum materia eſt digeſta, nam uene inciſionem ante hoc precipit, intelligitq; cum materia quæ fluxus eſt cauſa non excernitur, raro enim ſponte bilis nigra euacuari ſolet, cum uero uirtus non ferat, aut accidens ſenum ex fluxu urget, tunc ſiſtere paulatim melius eſt. conſtat igitur nũquam purgandum, raro ſiſtendum, ſed ſerum calibeatum exhibendum. 4. aff.o.24.

¶Quod catapocia dant proxime à cena uel ante cenam. Cap. 45.

QVADRAGESIMVS QVINTVS error ē, cum carapotia ante cenam, uel à cena proxime propinant: de quo ſatis libello de ſimplicibus dictum eſt, preſtat enim horis matutinis accipere.

¶Quod in matre puerorum cum febre dant rutham & caſtoreum. Cap. 46.

QVADRAGESIMVS SEXTVS error eſt, cū in epilepſia ſiue conuulſione infantium utuntur caſtoreo, rutha, mitridato, etiā circa caput aſſa fetida, & reliqs calidis medicinis: cuius ſentētiæ authores celebres habētur inter hos Raſis quod male recentiores interpretati hora caſus etiam epilepſie adminiſtrant, quo nihil eſſet exitiale magis. nam lōge plus eſt, quod trahitur de materia, quam quod euacuetur, nec eorum cerebrum tantam uim ſuſtinere poteſt, quoniam humidiſſimum eſt: antiquorum uero conſilium fuit, ut cerebro & corpore purgato hæc adminiſtrarentur, ſic. n. poſſibile eſt cerebri malitiam per hæc emendari. quod igitur in hoc preſtat ſi non uniuerſa diuertentia iuuerint cucurbitule ſuppoſitoria, ueſicatoria, frictiones, ligature conſiderabis. ſi ea quæ anterioribus cerebri neruis moueri ſolēt, qualia os, lingua, oculi illeſa ſint, tūc uertebre candens ferrum impones, unde neruus conuulſi mēbri deriuatur: quod ſi à collo infra totum corpus conuellitur a tertia ad quintam uertebram cauterium impones: hoc enim ſolo auxiliari ſuffragio poteris, pluresq; ſpe deſtitutos, ſanitati reſtitues. ſed illud eſt longe deterius cum pueris iam febrientibus huiuſmodi medicamenta exhibent cōtraria curationi, nam cum epilepſia uel ſpaſmus febrisue cedit humidis, curanda eſt, ut colligitur ſecūda affor. 26. & . 5ª affor. cōmen.

lib. de paſſionib' puerorū. c. 7.

men.primo.ob hoc mirum eſt, quomodo circa illam curam totum contrarium faciant:non eſt tamen mirũ cur nullus infans ex hoc ſanetur, cum mori cogantur, nec mirum eſt cum de nomine non conſtet apud Auicēnam & Raſim curam eſſe ancipitem. pª tertii.c.p prio de paſſionib⁹ puerorum. c.8.

❡Quod multoties derelinquunt egros, qui poſtmodum ſanantur. Cap. 47.

QVADRAGESIMVS SEPTIMVS abuſus eſt, cum Galeni conſilio morituros ſolis pronoſticis derelinquunt. cum igitur eger ad mortem tendere uidetur, medicus eum deſtituit, plerumq; uero aduenit uetula, uel circulator, unde caſu auxilio fortuito eger reuocatur ad uitam: ita non ſolum medico, ſed & medicinæ infamia accedit. Primum quidem quod Galenus uoluerit dicendum eſt, nam non abſolute intelligi hoc debet, ſed primo excipiendi ſunt morituri qui aliquo tempore notabili ſupuiuere poſſunt, quales ſunt ætici confirmati, & ulcera in interioribus mēbris habentes, qui quanquam tandem ſint morituri, tamen medici prudentis conſilio gubernati, plurimo tempore poſſunt ſuperuiuere. Secundo non medicum qui à principio egri tutelam apprendit, ab egro coercet, ſed nouiter aduenientem monet ut abſtineat, conſilium gloriæ medici utile, qui uero à principio morbũ ſuſcepit, aut curandum poſſe ſperans, aut negare non potens, grauato etiam uſq; ad mortem. egro eum nequaquã deſtituere debet, maxime cum multotiēs poſtmodum, uel rapto flegmone, uel ob latentem cauſam, uel aperto hiatu corporis, uel permutato medicamine malo, uel ultimo conatu natura experiente contingat egrum à morte reuocari ad uitam: cuius etiam ſenten 11º de inge.

4ª 4ᶠ.t.2.c.10. 2ª affo.19. tiæ Princeps fuiſſe creditur. nos autem quãdoquidem in acutis nũquam ſunt omnino certa ſigna ſalutis, aut mortis, neq; ab egro diſcedere conſulimus, nec in deſperatis caſibus nouiter uocatum accedere negamus, dũmodo futuri euentus aſtantes admoneas, caue tamen ne tanquam curandum accipias: ob hæc igitur duo, maxima medicis infamia, egris non parua iactura comparatur.

Quod nouiter natis quedã medicinalia dãt. Ca.48.

QVADRAGESIMVS OCTAVVS error ẽ, cum nouiter natis auxiliari ope, alii ſirupos, alii pulueres, alii aliud conſulunt. cum conſtet tam mollia membra nulla debere permutari qualitate, ſiue purgante, ſiue etiam ſtipante, nam cum etiam in morbis hoc Auicẽna precipiat uſq; ad plurimos dies abſtinendum, nutriciq; exhibendum, illud tamen longe deterius erit infanti ſano exhibere: ſi quidem corpora ſana habentes difficulter ferunt medicationes, tenella enim illa membrorum compago nihil innoxium lacte excepto recipere poteſt, quod ſi nimium pleni uidentur à cibo abſtineãt, & ultimus terminus eſt horarum quadraginta quod ſi quis hoc oportunum eſſe non credat Galenum conſulat, non enim eſt perſuadendum eum tantam utilitatem præteriſſe.

2ª p̃ᶠ.c.3. 2ª affo.37.

Quod thermarum aquas multotiens dant, & malo modo. Cap. 49.

QVADRAGESIMVS NONVS abuſus eſt, cum thermarum aquas ſepius nullo iuuamento aliquotiens etiam maximo detrimento ſuadent, extre

mum

mum etiam appellant auxilium, cum aquæ illæ aduectæ primo ſint inefficaces, ac plerunq; etiam corruptę, quod ex praua odoris & ſaporis qualitate manifeſtum eſt: eſto tamen quod integrę ſint bonitatis, ita ut non ad nos aquæ, ſed nos ad aquas accedamus, cum natu
ra omnes aquæ minerales male ſint (ut dixit Princeps) 2ª p̃f 5ª p̃ª.
multitudo eius magnum corpori faciat nocumētum, c. 16.
in magno enim quāto magna eſt utilitas, unde etiam 2º can. c. 59
idem omnes aquæ minerales urinæ difficultatem faciunt, iuuamētum autem raro magnum eſt: quoniam raro contingit aquæ proprietatem exacte morbo forè cōtrariam, nec ualida uis à debili poteſt ſubſtineri uirtute, nec aquæ illæ admiſtionem, aut emēdationem ſuſcipiunt. ob hæc omnia nimirum eſt, ſi plures thermis periclitentur, quam ſanentur: quam ob cauſam antiquis raro uſui fuit, diligebant enim ueteres ea medicamenta quæ corrigi poterant, ea autem aſpernabantur quæ uiolenta & incorrigibilia fuerant, deteriores autē ſunt therme ualidiores, unde porrete aquas uitant, nō quia inſalubriores, ſed quoniam erroribus detegēdis medicorum nimis ſunt promptuarie: noſtris autem tēporibus ne quandoq; gloria ſit aliena ad aquas minerales egros quos ſanare neſciunt deſtinant, ita ut recte miſerorum refugium appellari poſſint, nam & ſi reliqua pretermittantur, non carent omnes in modica ſiccitate.

¶ Non ſunt igitur therme exhibende primo, niſi homine ad eas accedente: quod ſi aliter cogat neceſſitas uitreo uaſe non ligno defferantur, ſit autem plenum uas non reſpiret, non aerem tangat.

¶ Quod in diſtillationibus actualia cauteria exhibent, Cap. 50.

QVINQVAGESIMVS abuſus eſt, cum in di ſtillationibus actualia cauteria exhibent in reliquis morbis negligunt: cum tamen inter omnia periculoſius cerebro cauterium adminiſtretur, cum humidiſſimum ſit, & natura molliſſimum: quot miſeros homines his cauteriis iugulari uidi, nam cum periculum ſit uehemens, iactura certa, cruciatus magnus, opus uulgo deteſtabile, non erit capiti adminiſtrãdum, niſi certa ſalutis concepta ſpe, non ambigua, id fiet, cũ infra caput omnia mẽbra fuerint incolumia, aliter eget certe, & omnino periclitabitur. nam tanta eſt noxa ab igne illi membro ut ſi uel alterius membri morbo, aut uirtutis debilitati ſocietur egrum proculdubio producat ad mortem. in reliquis autem locis excepto cordis tectorio ſecurius fit, licet maiore cum dolore unde fiẽdum conſulo ſi neceſſitas exigit, neminẽ enim ob hoc periiſſe uidi, uſq; nunc.

¶ Quod aloem proficuum ac ſalutarem in uitæ regimine conſulunt. Cap. 51.

QVINQVAGESIMVSPRIMVS abuſus ẽ, cum aloem & pillulas in uſu laudant pro ſanitate conſeruanda, quia uentriculo ſalutaris inuenitur, ut à Galeno aloes uentriculo gratum, ut ſi quod aliud quod dictum ſecuti Auicẽna, Meſue, & reliqui: nõ animaduertentes dictum quinto continentis aloes eſt cõparatione ſoluentium medicinarum ſtomacho minus noxiũ, attamẽ & ipſum nocet, unde Galeni dictũ hoc ſonat hæc Raſis, eius uerba exponens. cui Celſus aſtipulatur, omnis medicina ſolutiua mali ſucci eſt & uẽtriculo inimica, cum hoc uero aloes corpora tabefacit, & nimiũ ea exiccat, & ideo ſenibus prohibetur, & cũ hoc

6° ſimp. medicam. c. 1. in princ. in fol. 101.

lib. 5. c. p.

5° de tuẽda ſanitate.

pillule

pillulę inducunt magnam conſumptionem,& non eſt aliqua ex his uitæ prolōgationi utilis, fecit igitur medicos errare dictum Meſue. 4° ad Alm. c. 15.

¶Conſultius igitur fuerit niſi maxima urgente cauſa ab omni pillularum genere abſtinere, ac potius humidis medicamentis uti, ac cibis molientibus.

¶Quod in uere purgant, & minuunt plurimos quibus nocent. Cap. 52.

QVINQVAGESIMVS SECVNDVS error eſt, quod iubent plurimos purgari, aut ſanguine minui, hoc autem maxime in uere iuxta illud: quibus uel minutio, uel purgatio conuenit, hos purgare uel minuere uere conueniet, immemores dicti Galeni, intēperatos autem neq; minues, neq; omnino purgabis, plus enim erit quod ex intemperato uictu accernabūt quam quod tu medicamento uel minutione ſanguinis detrahes. quod igitur ſolum utentibus bono regimine conſulendum erat omnibus conſulunt, & quod deterius eſt, libentius his qui inordinato utuntur regimine, quoniam in eorum corporibus ueriſimilius eſt maiorem prauorum ſuccorum eſſe abundantiam. 6ª affo. 47. ac 7ª affor. 54. lib. de ſanguinis miſſione.

¶Quod balnea crurium & manuum in febribus perſuadent. Cap. 53.

QVINQVAGESIMVS TERTIVS abuſus eſt, quod iubent in febribus lauari manus & pedes ſecundum illud ad Glauconem, balnea uero calida ex aqua potabili proſunt, tum quia aliquid uacuāt delinquentis humoris, tum quia humiditate ac frigiditate cauſæ facientis febrem, ac ipſi febri ac eius incō- p.c.9.

modis probe aduerſantur, non animaduertunt tamen in reliquis à tertiana pura hoc non dixiſſe: tum etiam quod iam dixerat, & ſi tibi ſigna coctionis preceſſerint &c. non ergo uult quod augumenti tempore fiăt: incōmoda autem plurima ſequuntur, ſed ipſi ea exhibent ad aleuiandum dolorem capitis, & quedam alia accidentia ut proficere uideantur. non enim cōſilium medicorum improborum eſt iuuaſſe, ſed uideri iuuaſſe: probi autem medici eſt quod uere non iuuat, immo nocet, licet iuuare uideatur dimittere: unde cum balneum intempeſtiue, ideſt, citra coctionis ſigna & uniuerſalem corporis inanitionē exhibetur, hæc procreat incōmoda. Primo quidem obſtructiones multas facit, & tales ut niſi egre curari poſſint. Secundo apoſtemata
16.cōti.c.2. inducit. Tertio horripilationem ut per Raſim apparet.
folio 337.& Quarto uirtutem exoluit, & ſcias quod Raſis credidit
345. in.17. in hoc quod in tertiana liceat balneari ante digeſtionē
cōti.c.p.fo. ſecūdum Galenum ubi ſit pura, & non eſt ita, dico igi-
345. tur quod egri non ſunt balneandi ſi ex putrida labo-
uide.3.reg. rent, niſi concocta materia, & egro exinanito, ò quo-
acu.cō.ul. ties uidi in hoc medicos errare grauiſſime.

¶ Quod cibant in nocte. Cap. 54.

QVINQVAGESIMVSQVARTVS error eſt, cum cibant egros in nocte, reclamat magnus
2° reg.acu. Hyppocrates non eſſe permutandam conſuetudinem: repente etiam ad meliora quanto minus uos nō permutabitis ad deteriora. at dicūt uirtutis debilitas hoc poſtulat, quomodo igitur cibus digeretur: tunc ſi tanta urget debilitas iuribus igitur utaris. at dicunt oua & contuſa ex carnibus coctioni ſunt facilia: at neſciūt quod tunc morbus eſt in ſtatu, ſi uirtus deficit, aut in declinatione

declinatione, aut ſincopalis, ſi primum per 19^{m} abuſum redarguti ſunt. ſi ſecũdum non contingit egrum mori in uera declinatione morbi ex defectu uirtutis ſtante cibo ordinario, ut tertio de criſi patet. ſi ultimũ ſincopalis rara eſt, nec in omni etiam cibãdus eſt eger, ut primo ad Glauconem habetur, rariſſimũ igitur erit quod in nocte cibum dare cogat: at medici in cunctis ualidis morbis hoc faciunt, nocentes ualide. ſi ergo morbus non fuerit ſincopalis ex debilitate uentriculi cum paroxiſmo nocturno nunquam eger in nocte cibandus eſt.

¶Quod uitãt creticos qui nõ ſunt dies cretici. Ca. 55.

QVINQVAGESIMVSQVINTVS error eſt, in diebus creticis, nã uitant ſeptimã in purgãdo in quo dupliciter errant: nam in pluribus morbis ſeptima, nec eſt cretica, nec indicatiua, hac de cauſa ſuſcitaui morientem filium Antonii infantem, quoniam credidit medicus quod in ſeptima non oportuit quicquam facere, dixi ego quod ſeptima non eſt cretica ratione illius egritudinis, ſcarificaui ergo, & ſubito euaſit à morte, hoc multotiẽs mihi accidit. ſecundus error eſt, poſito quod eſſet dies cretica aut indicatiua, licet etiã purgare ob tres cauſas, uel quia natura temptat, & nõ poteſt mouere: uel quia morbus eſt fortis, & materia furioſa non expectans rationem purgandi à natura: uel tertio quia ipſa mouet motu non conuenienti, utpote faciens criſim per ſinãchem uel morbum lateralem. manifeſtum eſt igitur quod frequentius poſſumus operari in ſeptima, quam non operari, ipſi tamen ex quodam inſtituto ſemper quieſcunt morti egri conſulentes.

LYNCEA FEDERICI CESII

¶Quod

¶Quod purgant in morbis iuncturarum. Cap. 56.

QVINQVAGESIMVS SEXTVS errorē, in morbis iuncturarum in quibus purgant aſſi due,& etiam cum caſſia quod deterius eſt,cum ipſa ue hemēter noceat iuncturis & neruis,ut etiam dixit Me-
c.pprio. ſue:& cum hoc ipſi non habent conſiderationem etiā quod non habent uerum hermodactilum,& ideo pur gant,& non poſſunt auferre preparationem,& dilatāt orificia iuncturarum, & ita ex podagra parua faciunt
12.cōti.c.p̄. fol.254. artririm maximam:ideo ſapiens Raſis dabat oleum ſo latri ſilueſtris, cum modico olei amigdalini dulcis & zuccaro, & Scipio noſter curauit ſe dieta forti. dico iſtis duobus ſolis auxiliis,ſi quis recte uſus fuerit, cu- rabitur omnis podagra quæ non fuerit confirmata, & aliqua etiam confirmata: cura autem medicorum no- ſtri temporis,nō ſolum eſt inanis,ſed pernitioſa:unde aliqui audent ſupra diarob cum turbitb, & alii ſupra medicinas fortes,& aliqui dant ariſtologiam.

¶Quod utuntur temperatis in complicatis af- fectibus. Cap. 57.

QVINQVAGESIMVS SEPTIMVS error eſt, cum in cōplicatis cōtrariiſq; affectibus,ſiue membri eiuſdem, ſiue diuerſorum utuntur medicinis & cibis temperatis,creduntq́; quod res temperata cui- libet exceſſui ſit cōtraria,& accidit ſepiſſime,ut in quo- tidiana in qua cauſa eſt frigida,& morbus calidus: ple rūq; etiam uētriculus eſt frigidus,cum epate calido,in hydrope frigida,cum febre & talibus. hoc eſt igitur ar gumentum eorum ut medicina ſit temperata, uel ci- bus,nam medium utriq; extremo eſt contrarium:cura

autem

autem fit per contraria, igitur temperatum conuenit diſpoſitionibus contrariis. Item calidum auget unam diſpoſitionem, & frigidum auget aliam: igitur temperatum eſt eligendum, ſaltem cauſa neceſſitatis, ſi non alterius. Item calidum remittitur à temperato, ſicut apparet de aqua feruente iūcta tepide, & pari ratione iūcta congelate tepida fit mixtio temperata, igitur competit tanquam contrarium. Item quia medicina calida permixta temperate remittitur, a medico igitur & pari ratione morbus calidus a cibo & medicina temperatis. Item cibus & medicina aſſimilāt ſibi, corpus igitur cum temperatum aſſimilat facit temperatum, ſed reductio ad temperatum eſt ſanitas, igitur talis cibus inducit ſanitatem in utraq; diſpoſitione, ſimul patet antecedēs ratione reactionis. Item cibus temperatus cōuenit in una diſpoſitione tantum, igitur à fortiori in contrariis cum in una diſpoſitione detur locus contrario exhibendo, antecedens patet, de ouis & carnibus per Galenum inde cura cauſonis, & tertianæ ad Glauconē & alibi, & Principē & alios. Item ſi cibus & medicina temperata non conueniunt in hoc multo minus, in reliquis diſpoſitionibus igitur erunt ſuperflua & nunquam adminiſtranda, patet inductio, nam in ſimplici diſpoſitione multominus conuenient, cum locus detur contrario, nec per te in diſpoſitione contraria, nec etiam in ſanitate, quia ſanitas medicina non indiget, nec egritudine temperata, quia ſic primo nō eſſet egritudo, cum egritudo ſit diſcraſia, tum etiā quia ea poſita ſolueretur paſſio a cōſimili medicina & cibo & non iuuaretur, igitur nulli competerent. His igitur inductionibus medici perſuaſi, cibum & medicinā temperatam exhibent, in contrariis affectibus putātes utriq; diſpoſitioni prodeſſe cum ſtrenue noceant, nam cum

quadruplex ſit modus in contrariis affectibus curãdi. Primus eſt hic ut per temperata curamus tãquam contraria utriq; diſpoſitioni. Secundus ut per cõmixta ex calidis frigidisue. Tertius ut caput unum ſtatuemus curationis eiq; intendamus altero nõ neglecto. Quartus ut uiciſſim curare tẽtemus, modo calidioribus obſtantes frigiditati, modò frigidioribus caliditati: non uidetur quẽquam ex his Galenus pretermiſiſſe modũ preter primum, ut quod in ceteris abuſibus obſeruatũ eſt, nec obiter medicos peccaſſe credas, ſed tanquã ad humani generis pernitiem concitatos illud primum elegiſſe, quod & a ueterum ſententia horreret, & cum nulla utilitate maximam afferret calamitatẽ: unde.11° de ingenio. nunquam tamen preceptum illud quod contraria contrariis curantur, aliquando uerum, aliquando falſum erit, ſed ſemper uerum, licet ex uſu cõtingat, quandoq; cum aliis copulantur, morbis ante illa procuranda ſanãdaq; eſſe. hic tertium modum curandi attigiſſe uidetur, rurſus autem ibidem quũ uero etiam materiæ quæ hæc efficiant calide ſint, neceſſarium eſt interea, tum putredinem, tum etiam febrem augeri: quare quo adlicet id agendum, ut quæ minus calefaciat materia deligatur, & poſt. quod uero febris ipſius iam accenſum refrigerabimus modum hic quartum eligere uidetur non ſine tertii commiſtione, nam apertionem caput intentionis curandi ſtatuit, & licet prima fronte uideatur in eiuſmodi auxilio temperata poſtulare, atq; pro illis ſentire, nequaquam tamen eſt: cum auxilium non intẽperarura querat, ſed in ui quæ extenuatoria eſt & diafforetica: manifeſtum autẽ talia minus calida propter febrem deſiderari. at non quia temperata, ſed frigidiora eligerẽtur, cum autem talia nedum eſſe poſſint tẽperata, ſed omnia calida, multo

minus

minus frigida querenda erunt,ob hæc Galenus ſapienter proxima temperamento eligit ea quæ nuſquam frigida eſſe poſſunt.nō ergo prima facies ſermonis te decipiat, cum cuilibet erudito ſatis hæc ſint manifeſta. Item ad Glauconem primo dat in complicata diſpoſitione ex colera & flegmate,ptiſanam cum pipere, uel cum muſa hyſopum uel origanum,ita ut ſimul ſiccet & humectet,calefaciat & refrigeret,in uictus ratione, comam uero abſinthii concocta materia utilem exiſtimat,tanquam accidenti contrariam ac principali morbo:itaq; in hoc uidetur ſecundum modum & tertium amplexari,in ſexto etiam de tuenda ſanitate nōne calidis frigida conuenire omnino putat,quod ſi omnino diſiungi nequeant aliquando oximel cum diatrion pipereon propinat, ut cum epar obſtructum, uētriculus autē non cōcoquit, ita ut alterum uiſcus caliditatem alterum frigiditatem contraxerit: pari ratione oximele detergit eos quos caput frigiditas,uentriculum caliditas detinet,nimirum in arte etiam parua non ſeiungit hanc ab illa intentionem nullibi media collaudat tāquam utriq; extremo contraria, ſed prius extenuantibus mox ex purgationibus opitulatur,ita Galeni ſenſum ab hac opinione alienum:quod etiam ratio detrectat,perſuademur,nam cum curatio per contraria in gradu fiat,ut multotiens in arte curatiua Galenus replicat, non poteſt cibis temperatis aut medicinis res tranſigi:quandoquidem nullum temperatum diſtemperato in æquali gradu eſt contrarium. præterea ſi ita eſſet,nulla iam alia eſſet medicina, aut cibus exquirendus, nam omni diſtemperato, temperatum cōtrarium eſt:præterea cum cibum aut medicinam temperatam calido exhibet ſubito calefit, nō ergo amplius niſi per inſtans manet contrarium,ſimile etiam ſimili furere facit

In de cura tertiane nothe.

c.95.

3° de ing. in fine ac 1 microtechni. c.79.

cit quod ſi omnis medicina remiſſior, aut cibus competit, non erit mulſa in cauſonide refellenda, a qua tamen Hippocrates abſtinuit, ut etiã colligitur ab Auerroe, mirũq; eſt non ſolum abſolute cõtraria, ſed in gradu equalia deſideranti uelle temperata exhibere. at dicent lac quod temperatũ eſt æticis calidioribus, & oua competunt. hoc quidem temperamenti cauſa non eſt, cum & teſticulos gallinaceos laudet Auenzoar qui cũ calidi ſunt, lac etiam frigidum eſt, itaq; facilitatem concoctionis, uelocitatem tranſitus, bonitatem alimenti, & paucitatem ſuperfluitatum in eo conſiderant, non ratione temperamẽti. nam ſic iure ptiſana preponitur ob quæ iure datur cremor ex hordeo cum canoris & camphora, & trociſci de ſpodio, uidemus autem Auerroim reprenſorem Galeni in compoſitione medicamẽtorum in diuerſitate materiæ peccantis, & membrorũ oppoſitione, quoniã exiſtimauit Galenus quod epar calidum attrahit quod frigidũ eſt de medicina, & matrix frigida quod calidum eſt. uidemus igitur q̃d Auerrois in cura dat piper & hyſopum cum oximellite & aqua hordei, ſicut precepit Galenus, uerum diuerſitas oppoſitionis non eſt ſecũdum duo loca ſimul & cum dat carnes pulli, manifeſtum eſt quod non ſunt temperate ſed calide in ſecundo gradu, & alterare iura cum liquiritia & hordeo non eſt malum, & ita uidemus q̃d iuuamen uerum eſt in cibo & medicina contrariis febri, aut cauſæ febrem facienti & correctis, & nõ in ſimplici cibo & temperato uel propinquo: & propter hoc uidemus quod Auẽzoar in cura febris compoſite dat pullos cum omphacio coctos, aut aceto, & utitur medicina frigida abſterſiua compoſita ex contrariis partibus, licet uideatur mihi compoſitio illa calida, attamen omnino conſtat ex contrariis, & licet Serapio in

3° regi. acu. iuxta med. 5° col. 57.

3° theiſir.

3° col. c. 13.

lib. 3. t. p. c. 7

trac. 6. c. 16.

cura emitritei dicat, quod ſi equaliter uincāt flegma & colera, tūc curamus tẽperatis: intellexit per temperata equaliter ex contrariis mixta quod apparet ex ultimis uerbis capituli, cumq́ꝫ fuerint equales, miſcemus ea „ equaliter, itaq́ꝫ non eſt eius ſententia ab hac differens „ cum totam ſeriem uerborum contemplatus fueris, & in hoc etiam conſentire uidetur Raſis cum dixit quod 10. ad Alm. compoſite febris ſit cura cōpoſita, & licet alibi uideatur ſentire de remiſſione medicinæ intelligit refractionem, aliter eſſet in contrario ſenſu: & hanc ſententiam defendit Auicenna contra Auerroim in cura emitritei uolens quod ſi natura non poteſt diſcernere, egritudo eſt incurabilis: & hoc motus fundamento componit medicamentum ex croco, ſpica, reubarbaro, & cāphora, & ſeminibus frigidis, & berberis, & ſpodio, & xiloaloes, conſtat itaq́ꝫ quod medicinis utitur compoſitis, & cibis ſimiliter, & hoc uoluit cum dixit in primo ex rebus quoq́ꝫ, in quorum medicatione ſubtile eſt, adhibendum ſtudium eſt: cum in una coniunguntur egritudine duo quæ fieri debent contraria, quia oportet, uerbi gratia ut egritudo infrigidetur, & eius cauſa calefiet: quero ſi per temperata hoc fieri poſſet, quod nā ſubtile ſtudium eſſet adhibendum, nam faciliter ſoluerentur huiuſmodi paſſiones. altior ergo ſenſus in hoc Auicēnæ fuit etiam quam Gentilis expoſuerit, de quo inferius dicam, Eginetam etiam in eādem ſententiam ſubſcripſiſſe uideo ac Halliabbatē quo nullus clarior in hac ſententia fuit, unde de emitriteo loquens, cum tertiane acceſſio imminet lactucas attriplices, cucurbitas, & aquam granatorum, altera uero die qua amphimerina premit, pullis, & hyſphidabego, & zirabago, itaq́ꝫ altematum uictum exhibet quartum curationis modum complexus.

[Margin notes: 10. ad Alm. c. 17. ac lib. diuiſionū. c. 156. — p^a 4^f. c. pe. — 4^a fen. c. p. — lib. 2. c. 34. — 3° prac. c. 17]

¶ Cauſam huius erroris recentiores dedere Mōtagnana, Marſilius, Ficinus, Platearius, ac alii qui non ſolum Galenum quem floccifaciunt non intelligunt, ſed nec eum quem maxime obſeruant Auicēnam: turpe enim cum ſit optimū uirum derelinquere, ut expoſitori initaris, illud uero turpiſſimum eſt, nec eum quem optas ſequi intelligere. cum igitur morbi contrarii quadrifariam diſtinguuntur, aut enim diſtant loco, ut calidiſſimum epar cum uentriculo frigidiore: aut loco diſtant, & tempore modico ueluti cum diaria à bile lienteriæ iungitur: aut ſunt loco quidem non proportionata uerum ſeiuncta corpore ut in emitriteo, plurimum tamē eius locum habet ſeiunctum, ſunt enim in uenis quædam, & quædam extra: aut omnino iuncta ſunt, ut febris tertiana notha. hi ſunt modi cōtrarietatis in quibus oportet ſemper ut obſerues quod dicitur quarta primi capite ultimo, an una diſpoſitio ſit alterius cauſa, an una ſine alia ſanari nequeat, an una ſit alia periculoſior, & hæc eſt ſententia Galeni. ut igitur in his rem experimento conformem à ratione non alienam dictis

7° de inge. in fi. Galeni cōſentientem mediteris, hæc obſerua, primum cum diſpares cauſæ fuerint, ſiue quod una ſit alterius cauſa, ſiue quod ſine ea reliqua ſanari non poſſit, ſiue quod ualidior ſit affectus, ſiue quod periculoſior, aut omnino accidenti ſeuiori complicatus illius quod magis urget curam per contraria in gradu molieris, eſto autem quod pares ſint cauſæ, quod uix credi poteſt à Galeno: ſit igitur calidiſſimum iecur, & frigidiſſimus uētriculus, obſeruandum eſt diligenter ne unius medicina alteri ſit impedimento, hoc autem uel ratione applicationis, uel ratione more, uel ratione impedimēti, uel ratione proprietatis, primum eſt ut inungas epar ex oleo ſandalino, & roſaceo, & uētriculus ex oleo maſticino

ſticino & de abſinthio, ratione autem more dabis cali da ſine potu & quieſcere facies, & dabis cũ craſſa ſubſtãtia ueluti diatrion pipereon faciens quieſcere, & electuarium de ſeminibus, & ſandalos, & camphoram cũ aqua endiuiæ miſta cum uino albo & facies ambulare, dabis etiam hoc à ieiuno illud quandoq; à cibo aſſumpto, ratione impedimenti, dabis piper contritum groſſo modo ut calefaciat ſtomachum, nec eius ſubſtãtia tranſire poteſt ad epar, & ſemina frigida exacte cõtrita. hæc eſt cauſa cur diaſpoliticon non contriuit niſi modo craſſo. 6° de tuẽda ſanitate Galenus, ratione autem proprietatis, quia endiuia eſt frigida, & conuenit epati, & res etiã dulcis cito ab epate trahitur, & abſinthium, & piper manent in ſtomacho, & ea non apetit epar, igitur ſi uel diuerſo tempore uel eodem cõmiſta dederis ſimul ſtrenue calefacies uẽtriculum & epar infrigidabis, in cibis uero non tantũ qualitas, ſed & ſucci bonitas attendenda eſt, dabis carnes pulli, & cum pipere confracto conditas: poſt cibum autem per horas duas uinum album dilutum ita iuuant cibaria quæ piperata, & ius conſumptum dicuntur. cum uero morbus loco & tempore differt curabis oportunis temporibus contraria adminiſtrare, & hoc fit ut ante colericas acceſſiones uinum demus granatorum, lienteriam uero non ſolum exterioribus fomentis ex mẽtha iuuemus, ſed ante cibũ aliquid ex citronio cum pipere cõdito adminiſtremus, paulatine infrigidãtes epar, quia membrorum principalium infrigidatio moderari debet. poſt utemus compoſitis cõtrariæ factionis, qualia ex pipere, abſinthio, intibo, ſandalis, melonũ ſeminibus, hæc multum illa minimum contundentes, qualia etiam inueniuntur ab Auicenna in ſuo antidotario, quãplurima laudabiliter deſcripta.

Platina lib. 6. c. 141. & 179.

¶ Cũ uero materia fuerit ueluti quoquomodo diſiun cta, ut in emitriteo quãquam & febriũ taliũ, nec numerus ſit, nec ordo, maior intẽtio eſt in digeſtione & euacuatione in quibus ſanitas potius cõſiſtere uidetur, nã cum ad intentionem peccantis qualitatis intendis cibis calidioribus frigidiora ꝑmiſcemus, plus enim una queq; res ſuo contrario deſtruitur, q̃ à conſimili foueatur, onfatiũ igitur, & pruna, & acetum, & piper, carnibus uolatilium miſcebimus, ita tamen ut meminerimus cibos nos preparare non medicinas, nam eiuſcemodi nullam cibi rationem, ſed condimenti obtinet, ita etiam ptiſanam pipere modico, paſſeres, ſeminibus albis condiemus, atq; ita in medicinis calida frigidis permiſcebimus, non abſolute quidem, hic enim eſt error medicorum noſtri temporis, ſed eo in gradu, ut uiciſſim morbis opponantur. hæc fuit illa antiquorum nunquam ſatis laudata ſolertia, à noſtris autem nõ intellecta atq; neglecta, componentium philonia, cæteraſq; opiatas medicinas, in quibus utriuſq; contrarietatis extrema copulauerant, opium, hioſcamum, mandragoram, atq; ex oppoſito, piper, caſtoreum, euforbium, quædam etiam aromatica, non ſolum ad uires membrorum roborandas, ac horribilitatem tollendã, ſed ut extremum extremo tanquã per medium conuenientius iungeretur ad tollẽdas extremorum morborum, ac etiam aduerſariorũ diſpoſitiones, ſic enim ſimul & colicã tollunt, & flegma calefaciunt, & febrem auferunt his medicinis, ſanè nullam ſi recte operatus fueris utilitate cõparaueris. Si igitur quiſquam notha tertiana detinetur, non habebit hic temporum uiciſſitudinem nec membrorum ſed quantum in ipſa eſt ten tabis, quæ de emitriteo dicta ſunt permiſcere nullam diſiunctionis occaſionem expectans, ut in reliquis ue-

tum caue ne cũ ſuperfluo experiaris, ſed in omnibus oppoſitarum uirium commode pro ratione temporis morbi naturæ, & reliquarum indicationum medicinas tẽperabis. Reliquum igitur eſt, ut obiecta diſſoluamus & primo quæ à iunioribus indicta ſunt, nam qđ medium quoquomodo contrarium ſit extremis tanquam oppoſitum, ut accepit Ariſtoteles ſatis concedi poteſt, at quod eo modo contrarium ut equaliter à medio diſtet quantum morbus ab oppoſito id nec tu conaberis probare, tale autem eſt quod quæritur, ut dictum à Galeno ſepius.

¶ Ad ſecundum dictum eſt, primo quod differẽtia eſt quadruplex in exhibitione quoquomodo calidũ mẽbro frigido non calido copuletur, ut piper uentriculo & nõ epati. præter hoc etiam plus calefit frigidum mẽbrum à calido, quã infrigidatur à frigido, ſi ambo applicentur. cuius experimentum eſt in tabula ignita & ad ignem poſita cui perpetuo aqua frigida ſuperfundatur, non enim ignita, ſed temperata euadet tãdem: cum tamen maior ſit caliditas ignis, frigiditate aquæ, maior enim eſt uirtus contrariandi, quã conſeruandi, ut etiã in rebus agibilibus experimur, oppugnatores enim ualidos, imbelles defenſores uidi: ita etiam natura unumquodq; ad deſtruendum paratum eſt, nõ eſt igitur in tot cauſis ulla neceſſitas temperati.

¶ Ad tertium illud quidem fiet in inanimatis. cæterũ animata non eodem modo ſe habent, cæterum ſi fiat, ita tarde conueniet, ut morbo mora potius ſit deprecanda, q̃ auferenda: nam in igne experimur non extingui, niſi contrario ualido etiam, nuſquam autem temperato niſi per accidens ſublato fomite.

¶ Ad quartum dubitat quomodo id fiat Auerrois, ſed cum ita ſit, non negabimus quod quotidie experimur

& ſi parum remittatur iam, tamē ratio ſubeſt, ut aliud ſit compoſitio, aliud permutatio, commiſtio enim ſemper quoddam medium poſſidet, uerum cum aliqua qualitas etiam aduerſantibus, tum medicinis, tum cibis ſupra modum ſeipſam tollat, minime ſecurū duco eam intermediis auxiliis fouere, q̄ delere cupiamus.

4. p. c. 1. in fi. ¶ Ad quintum aſſimilatur quod non eſt extraneū, aut quod modice urget, hoc eſt quod dixit Princeps, imo multotiens ſufficit multa regiminis bonitas: quod aūt rarum eſt & parue utilitatis nō debet pro norma medendi inferioribus recipi, nam dum hoc expectatur, eger moritur ultra id quod non prodeſt quicquam.

¶ Ad ſextum aliud eſt conſulere ratione alterius conditionis, aliud emendande complexionis cauſa, nam cum lac uel oua ethico propinamus, facimus hoc ne laboretur cibus & ut ſit boni alimenti, & ut paucarum ſuperfluitatum, & ut uelox ad tranſitum: nam cum nō nutritur ethicus deterioratur ſubito, nam uirtus nutritiua non poteſt quieſcere per inſtans, ut oſtendi in libro de morte. adde quod ouum & lac ſunt frigida, & etiam quia frigiditatē operamur aliis ingeniis balneo & trociſcis de camphora, & cum aqua hordei & ptiſana, & reliquis pari ratione non eſt inconueniens uti liquiritia ratione extinguende ſitis quāquam non ſit ita frigida, ſicut eſt morbus calidus, & ita radice feniculi in aperiendo quāquā non ſit calida pro facultate morbi frigidi, quia nō deſideramus apertionem fortiorem in principio morbi, ne materia magis cogatur q̄ diſſoluatur: itaq; non eſt inconueniens uti medicina temperata ratione alterius iuuamenti, ſed eam eligere ad emendandam complexionem intemperatam, non ſolum imperiti, ſed rudis ingenii eſt.

¶ Ad ſeptimum ipſa eſt utilis, Primo ratione alterius

annexe uirtutis, ut capillus ueneris ad aperiẽdum, caſſia fiſtula ad leniendum. Secundo ad temperandum excedentem medicinam, ut terminos non excedat preſtitute qualitatis. Tertio ut corrigantur leues intemperature de quibus ab Auicẽna ſuperius dictũ eſt. Quarto ratione complicis facultatis nutrimentalis, nam pleraꝗ cibaria boni ſucci, aut temperata ſunt, aut non ualde remota ab humana craſi ſecundum quam à Galeno temperatum dicitur.

¶ At dicet quiſpiam quomodo remitetur qualitas aucta ſi impermiſte uirtutes ad membra deferuntur, ſatis quidem eſt differentiæ, dicere quod iam remiſſum eſt in miſtione obeſſe non poteſt, & uirtus ꝑmiſta ad alienum membrum defertur, nam ut oſtenſum eſt ſecũdo uirtutum naturalium trahẽte membro quod ſibi proportionale eſt caſtoreum ab opio ſatis diſcernit, nec ſubſtantiam opii trahet, quod uero remiſſum eſt in miſtione caloris, quoniam non eſt amplius trahi non poteſt, non igitur ſupercaleſieri poteſt ultra id quod ex miſtionis beneficio relictum eſt.

¶ Erat nobis conſilium reliqua errata diligenti trutina perpendere, ſicut & in hoc fecimus, ſed pretermiſſimus breuitatis amore, tum quod non ut quorundam moris eſt ex libro in librum tranſcribere uoluntas fuẽrat, cũ ſoleamus ex integro res intactas aggredi, qualis hæc eſt, quam omnes propter difficultatem non attingerunt alii quoniam inter hoc & illud nihil intereſſe putant: quam ob cauſam diuerſæ malitiei & oppoſite membrorum neminem meo tempore curatum plene uidi, ſed prophilatice potius eſſe conſultum.

¶ Quod aurũ imponũt coquine. Cap. 58.

QVINQVAGESIMVS OCTAVVS abuſus eſt, cum aurũ conſumptis uiribus imponunt. Ex ꝓcepto zoar ꝑ theiſir. c. 1.

 tanquam

tanquam aliquid facturi:ita omne conſilium medicorum eſt potius uideri probos quam eſſe, nam quod aliquis male agat dānandum eſt, ſed cum & illud quod malum eſt inutiliter ac peruerſe facere turpiſſimum ſit. primum enim cum mali uiri ſit, aut omnino rudis, alterum eſt non ſolum imprudētis, ſed omnino excordis: quod enim aurum in aqua decoctū imprimere poteſt, quod nec ualidiſſimo igne ſoluitur, nec odorem, nec ſaporem uiribus adiicit, nec ipſum minuitur: ſed concedatur nōne cum lebeti imponitur ad fundum deſcēdit? ubi etiam buliente aqua quæ in imo cacabi reſidet frigida eſt, ut cuilibet experiri poteſt. rogo quā uolunt in frigida aqua impreſſionē fieri, alii pullo concludunt ut quod internum eſt, nondum calidum ſatis ſit, etiam aurum craſſum imponunt, quod ſi tandem conſilium eſt experiri, an auro aliqua ſit uis eorum admirationi conformis cur auri folia in ſummo lebetis ubi feruentiſſima ebulitionis uis perſpicitur non ſuſpendunt: ita enim forte poſſibile foret aliquid iurium quāquam exi-
lib. 29. c. 4. guum trāſmitti, niſi illud Plinii credere malunt, eſſe in carnibus pulli cum auri cōminuendi quodq; tranſmutetur, quāquam hoc fabuloſum ſit. quod ſi uerum de auro liquefacto docet non cōniuente illud, igitur preſtantiſſimum potius arbitror auri fruſtra ignita, iure extinguere: nam hoc nō modicam habere uim poteſt, quandoquidem cauterium ex auro innoxium magis
4a ƀl. c. 29. & 2. cañ. c. 78. ſit, quā ex ferro teſtante Principe, quāquam & illud ad ignis ſubſtātiam leuiorem pertinere poſſet, licet quod etiam oculis conferat argumētum egregie ac proprie cuiuſdam uirtutis ſit, nō eius quæ ex igne molitiei tantum, itaq; ſi quoquomodo auxilium in auro exiſtimatis ea facite ſaltem quæ ſi probare non poteſtis, attamē reprendi nequeant, memini cum hæc ſcriberem ex fre-

quenti igniti auri extinctione in albo uino ſaporis quādam gratiam ſenſiſſe, quæ non ex igne, ſed ex auri ſubſtantia pendere uidebatur: perceperunt & alii quibus hoc conſulueram utile futurum.

¶Quod non obſeruant momentaneam digeſtionem. Cap. 59.

QVINQVAGESIMVS NONVS abuſus eſt, in momētanea digeſtione in qua maximum peccatur, nam cum fluxio ex alieno loco fuerit ueluti in diſtillationibus non poteſt excerni permiſta incocta materia, unde Galenus momentaneam digeſtionem ubi oportet aucupari docet: quā noſtri medici nec animaduertentes, nec minus quid faciendum ſcientes in infinitos morbos homines perducunt. 3° regi.acuto.cō.13.

¶Preſtat in his una digeſtione uiſa ſubito eadem die ac hora euacuare, ac iterum digerere, ſic enim breui finietur morbus nūquam alias finem habiturus, cum digeſte urinæ ſequenti die, alia non digeſta ſubſecutura ſit ad multos dies duratura.

¶Quod accidentibus curam exhibent. Cap. 60.

SEXAGESIMVS abuſus eſt, cum accidentibus curam exhibent, cum tamen accidētia nullam habeant intentionem curatiuam prorſus ſecundum Galenum. at dicent in libro ad Glauconē curat, facilis reſponſio eſt accidentia, ut accidentia ſunt, nullam curam poſtulant, ut uero in cauſam egritudinis addunt, non ut accidentia, ſed ut morbi cauſa medellam deſiderant, qualia ſunt inſomnietas, uehemens dolor, & nauſea, nam primum humores acuit & robur exoluit, 12.de inge. in prin.

ſecundum uirtutem dirimit, tertium cibum prohibet, itaq; accidentibus cura nulla debetur, medici plus de gloria ſua q̃ de infirmi ſalute ſolliciti, illud primum ſtatuunt, ut accidẽtibus obuiam eant, plurimumq́; fit, ut eadem cura ſinthoma tollant, & morbi cauſam uſq; ad pernitiem augeant: accidentia igitur quæ cauſam morbi non augent, curanda non ſunt, ueluti leuis dolor, ſitis in corpore humido, exthaſis quædam, ſternutatio, oris amarulentia, inquietudo, ſanguinis fluxus non ſuperfluus, impatientia luminis, & talia quæ ſolẽt & infirmos perturbare, & aſtantes terrefacere, medicũ autem egregium nullo modo mouere debent. ſed in hac ſaltem admonitione me operam perdidiſſe ſcio, cũ prius medici lucri deſiderium poſt habituri ſint, quam huic conſilio obtemperaturi, quo nullum ſibi preſidiũ apud uulgares ambitioſius habeant.

¶Quod uitant hyemẽ in detrahẽdo ſanguinẽ. Ca. 61.

SEXAGESIMVS PRIMVS abuſus eſt, in ſanguinis minutione in quo ex tẽporibus errant. nam 4ª p̄ c. 20. lib. 1. cum Princeps & Galenus ad Glauconem uelint, ut ſuperfluum caloris & frigoris deuitemus, primũ quidem frigus plus q̃ expediat uitant, calorem autem minus, unde. 9. terrapẽtice cum cauſas dehortantes ă flobothomia diſtingueret, nequaquam frigus ſed calorẽ immodicum adnumerauit, tanquam exoluentem & ſiccantem nimis, frigoris autem nullam mentionem prorſus fecit, utpote quod ad negãdam inditationem miſſionis ſanguinis nullam preferret uim, quod uero ad quantitatis rationem pertinere uidebatur, ad uniuerſalem methodum detrahendi Princeps & moderni recipiunt, unde in libro de ſanguinis miſſione (quod attinet

attinet ad indicationem non detrahēdi ſanguinis, aut omnino pauci eſt ex ætatibus pueritia, ex colore ho- ,, minum candidus ſupermiſtus, ex tempore anni canis. ,, cæterum quæ bis contraria ſunt, aliam rationem non ,, multi ſanguinis detrahendi habent, unde in maximis ,, frigoribus à larga ſanguinis miſſione cauendum eſt) hæc Galenus quid clarius: in ſiccis igitur temporibus omnimodam ſanguinis minutionem cauere docet, in frigoribus largam & exuberantem. præſtiterit igitur quantum poſſibile eſt canicule temporibus ſanguinis uitaſſe deductionem, unde Galenus ibidem quotquot Ad Glau.p̄. ſanguinem miſſerant, his temporibus mortui ſunt, in hyeme autem nūquam temporis habita ratione ab ea abſtinendum, ſed parcius ſubtrahendum, præcipue ubi extreme hyemi & regio, & complexio frigidiſſima copulata fuerit.

¶ Quod dant caſſiam poſt inciſionē uenæ. Cap. 62.

SEXAGESIMVS SECVNDVS abuſus eſt, quoniam ipſi dant caſſiam poſt inciſionem uenæ, & in hoc uidentur uti duobus motibus contrariis non ſecundum unam rationem quare natura impeditur & debilitatur, ideo periculoſa eſt hæc operatio, dānoſa, & ab antiquorum mente aliena in tam frequenti tamen uſu ut nihil amplius inuenitur, & licet Gale- 9. de mge. nus poſt uenæ inciſionem uentrem moueri concedat, attamen illud eſt per accidens in deliquio, non tamen aliquid propinauit, unde ſuper afforiſmo illo Lcū mor bi inchoant J uult Galenus quandoq; unum auxilium 29° 2e particule. quandoq; alterum, nequaquam tamen ambo ſimul unquam eſſe neceſſaria, & Princeps cum autem unus 4a p̄f. c. 4. humor ſuperabundat, tunc magis eſt neceſſaria purga

tio,

tio,cum omnes incifio uenæ:igitur ex diuiſione patet
4ª p̃i.c.5. quod nunquam ſimul ſunt oportuna, & alibi balneũ non eſt utile, eo quod trahit materiam ad extra tempore pharmaci,pari ratione nec ſanguinis miſſio cum materiam ad uenas magnas trahat, purgatio uero contra.quare &c.

¶Quod fluentibus menſibus timent uenam incidere. Cap. 63.

SEXAGESIMVSTERTIVS error eſt, q͞m fluentibus menſtruis timẽt,quoquomodo ſanguinem ſubducere in eo tempore,at Galenus totũ oppoſitum facit,nam cum diminuti fuerint menſes eo tẽ
9.artis cur. pore Galenus ſupplet defectum per uenæ inciſionem ſecundum quantitatem qua defecerunt.animaduertere autem oportet quod ratione egritudinis poteſt ſanguis detrahi à brachio etiam:uerum ratione menſium citatur à pedibus, cum ergo conuenerit inciſio uenæ ſecundũ pedem non dubitabis:in ea uero in qua iam multo tempore defecerãt menſes cubiti interior uena ſecanda eſt: in hoc genere frequentiſſimos inuenies aberrantes ob quæ dimittentes ſanguinis miſſionem egrum occidunt.

¶Quod nõ audẽt ſcarificare abſq; purgatiõe. Ca.64.

SEXAGESIMVSQVARTVS error eſt,quoniam ipſi non audent ſcarificare abſq; purgatione & in hoc peccant grauiter, nam dictum Galeni de
1º de cucurbitulis &.13 de inge.ubi docet ex- cucurbitulis intelligitur in non inciſis, ipſi autem traducãt ad ſcarificationem: nam cum poſuerit capitulũ generale de ipſis ut ſunt tãtũ diuerſiue & calefactiue,

ſubiungit

ſubiūgit de ſanguiſugis & ſcarificatione, ita quod in- tellectus illius loci eſt periculoſus, & malus, diſtinguē- dum eſt igitur, cucurbitule quæ apponi debent ad di- ſtrahēdum preſupponunt mūdificationem, quæ uero ad emendandum complexionem nequaquam: quæ uero inciduntur, uel debent poni in cauſa emendandi ſanguinis cum extractione per inciſionem, & ſic inci- ſio precedere debet, aut abſolute, & ſic non preſuppo- nunt. breuiter nihil uoluit Galenus ibi niſi duo. Primū quod ubi ſcarificatio debeat fieri cum purgatione uē- tris, aut uenæ inciſione, talia debent precedere ſcarifi- cationem non econtra, non quod abſolute precedere debeat, ſed ubi duo ſimul oporteat fieri. Secundum quod cucurbitula ſine ſcarificatione non debet appo- ni quantum ad reſoluendum diſpoſitionem, niſi cor- pore mundificato. Tertium uero alibi addit in egritu- dinibus cutis cucurbitula non debet apponi niſi mun dificato corpore, nam ſic plus trahit q̄ reſoluat, ſiue ſcarificata, ſiue non.

trahere tu- mores ſchi roſos & col lectiones.

14. de inge.

ℭQuod curant ptiſicos paliatiue. Cap. 65.

SEXAGESIMVS QVINTVS error eſt, qa in empicis & ptiſicis perdiderunt curā uerā. & eſt qđ ſi ſanies ſit alba iuuat incidere ac cauterizare ſecū- dum pectus in loco in quo uelocius petia exiccatur, et licet Albucaſis capite. 31. partis prime uideat̃ hoc quaſi ignoraſſe, attamen inuenimus nos Hippocratem ſuper hoc cōuenienter auſum, & ratio teſtificatur ſuper hoc quādoquidē nulla alia ſalutis ſpes inuenitur, & quod fit in exterioribus licet periculoſius, neceſſario tamen magis fit in interioribus, & hoc eſt primum in quo plu rimi moriuntur, qui ſanari integre poſſent.

6ª affoř. 27.

ℭSecundus

¶Secundus error circa hoc eſt quod ipſi utuntur propter cōſtrictionem pectoris, & febrem æthicam & accidentia eius, & febrem putridam cura humectatiua: & neſciūt illud quod dicebat Galenus ſecūdo artis curatiue, quod cura ulcerum eſt exiccatio. & ita dum augent cauſam principalem & curant ramos faciunt curam palliatam producendo egrum ad mortem miſerabiliter, & decipiendo & malefaciendo.

¶Inſtruendo igitur unam curam in hoc caſu ut hæc ſit argumentum aliarum, ponamus quod cuidam ſit ptiſis ex ulcere pectoris, & nondum peruenerit ad ulcus pulmonis: in primis quidem dabis ptiſanam hordei & mulſam cum hordeo expurgans, & in ptiſana pones bolum armenum, & facies eam ex aqua decoctionis mirti, aliquando corticis mediani fraxini, aliquando ex decocto pimpinelle, aliquando apii, aliqñ oliuelle, aliquando caulium: ita tamen ne multa uirtus eorum ingratum cibum faciat, dabis interim hanc ad expurgandum mirabilem decoctionem. ℞. radicū ireos, & cordumeni, & aſſari, & myrrhe, naſturtii, amigdalarum amararū, ſerapini, hiſopi, praſſii, radicū apii, foliorum oliuelle, radicū gariofilate, liquiritiæ, añ. ℥.i. capillorum ueneris uiridium pugillum unum, coquātur in libris. ii. aquæ ad conſumptionem medietatis, cui collate addantur pro medietate bis ſingulis uicibus ſucci raphani a.℥.ii. uſq; ad.℥.v. ſecundum tollerātiam zuccari: ℥.iii. bibat tepidum in aurora, hoc ſolo poſſunt ſanari medicamine. Qđ ſi nō omnino ſanātur ſed tantū expurgantur ſiccato ulcere ab exteriori pure detur boli armeni infuſio.℥.ii. in aqua oliuelle uel gariofilate, cum onc.ς. uini albi, & hoc bis in die, comedat etiam carnem eritii, quod ſi cum hoc remanſerit caliditas detur.℥.i. trociſcorum de camphora omni die

Cura pª. (margin, beside "cus pulmonis")

Cura 2ª. (margin, beside "poſſunt ſanari")

cum

cum aqua pimpinelle. Quod ſi nec p hoc ſanatur poſt primū decoctū detur hoc. ℞. hordei onc.ii. coquatur in libris,ii. aquæ ad ruptionem perfectā, poſtmodum imponatur cācrorum fluuialium carnes, uidelicet caude & coquatur ad perfectam diſſolutionem, & in hoc diſſoluantur trociſcorum de luto armeno.ʒ.i.ſ. pro ſingulis uicibus, interim exhibeatur ouum cum hoc. ℞. pulmonis uulpis, boli armeni. añ.ʒ.ſ. capiat cum luteo oui, & utatur etiam onc.i.ſ. ſirupi mirtini cum.ʒ.ſ. mirrhe. &.ʒ.ſ. trociſcorum de camphora, & de bolo armeno, & utatur ante cenam zuccaro roſato ex onc.ſ. uſq; ad.ii. ſecundum tollerantiam cum luto armeno. Quod ſi per hoc nō ſanatur, diſtiletur lutum armenū ex libris.iiii. & de aqua illa detur per horas. vii. ante cibum.ʒ.i. cū onc.i. aquæ pimpinelle, & ſunt aliqui qui cum ipſa exhibent aquam ſanguinis humani & ſanāt, & utilior medicina eſt uſus aquæ, boli armeni ut dixi per dies quadraginta. Et ſi hoc non fecerit. ℞. radicum apii, foliorū oliuellę, añ. onc.ſ. raphani onc.i.ſ. infundantur cum onc.ii. boli armeni, & fiat ſicut dixi in libello de aqua ligni, & capiat quadraginta diebus, & ſanabitur. Et quidā bibit oleum uitrioli cum aqua capillorum ueneris, uel caulium & ſanatus eſt. Et aliqui dāt aquam uitæ cum bolo armeno, deinde zuccarum roſatum, & utuntur aliquādo cicere excorticato, & aliquando aqua limariarum cum ematite, & omnia hæc ſunt mirabilis iuuamenti. Sed modo ponamus quod tot auxiliis, ut plerūq; accidit, morbus non iuuetur ſi poſſunt tranſmitti ad habitandum in ſiluis picee plus iuuabit, quā ſi habitarent in ęgypto. Et ex his quæ fortiter iuuant eſt uti terbentina frequenti cum ouo diminuendo quātitatem oui & eſt ſingulare, & cum pauca eſt materia retēta, & ſputum ſatis facile, & reliqua difficilia

Cura tertia.

4ª cura.

5ª cura.

6ª cura.

7ª cura.

8ª cura.

9ª cura.

10ª cura uſualis.

cilia tunc zuccari roſati quantitas perpetuo aſſumpta cum pane recenti multotiens conſolidat, & puluis ſiciliane ad hoc eſt mirabilis.

11ª cura p̄ cauteriū. In fine. ¶Cum uero eger cum hoc tendit ad malum, faciemus curam quā precepit Hippocrates in 3° de morbis, hoc modo cum quis purulenta ſpuit, tunc egrum in ſede ponito ieiunum, ac alius eum humeris concutiat, mouendo fortiter & uelociter, ac aurem admoue pectori, qua parte ſonitus exauditur ea pus collectū eſt, quod ſi non ſonet, nihilominus ſtante tuſſi & difficultate ſpirandi cum tumore pedum empima eſt, ſiue collectio ſaniei, tūc igitur terram creticam madefactam, uel cretam ſuperimpone, ac ſiccatam denuo madefacito, donec cognoſcas eo latere ſaniem contineri, quo prius pus ſiccatum eſt: cognito latere ſecabis ea parte qua ſanies redundat, iuxta precordia ab horaq́; ſectionis exures, non ſolum locum inciſionis, ſed & patientem locū, donec poſſit coaleſcere, nec ſanguis aut pus amplius effluat, poſt quotidie bis à ieiunio linamento crudo, uidelicet ſicco introducto ſaniem extrahes, ita ut duodecima die totum effluxerit, atq; ita exiccato toto thoracis uentre curabis, ut iniecta mulſa tuſſiat, ſanabiſq́; interius ulcus per medicamēta, demum eum curabis complete: quod autem non hoc ſolum de empicis dixerit, ſed de uere ptiſicis patet cum ſubiūxit L ſic „ etiā ſupputationes ex uulneribus pulmonis uitio ma„ gis obſeruationibus obſeruato curatoq́; ⅃ ſignum au„ tem mundi pectoris eſt mulſa munda regrediens per os uulneris, pulſa per tuſſim: cum uero conualuerint lac aſine potandum dabis, donec ab æthica fuerint liberati, ac trociſcos ſi libet de camphora. Hæc eſt uera ratio curande ptiſis, quæ ulcere ſpiritualium facta eſt, quāquam illa quæ pulmonis uitio eſt uis curari poſſit, ſi autem

ſi autem pus ſanieſq; quas expuunt, non ſint probatę qualitatis, ab hac cura penitus abſtinebis ſecundum Hippocratis Galeniq; ſententiam, manifeſtum eſt autē & hac cura empicos ſanari maxime ualeant, ergo qui dum curam exercent blandientem ęgrum occidunt, nam iſta opatio multo minus periculoſa eſt ablatione lapidis ex ueſica.

¶Quod exturbant egros à ſomno. Cap. 66.

SEXAGESIMVSSEXTVS abuſus eſt, cum egros aut ſiruporum aut medicinarum propinandarum cauſa à ſomno exturbant, plus incommodi ex ſomni interruptione ferentes, quam utilitatis ex pharmaco. nam ſomnus ſemper bonus niſi in principio & in augumento paroxiſmi, quibus temporibus medicina etiam eſt inutilis, nunquam igitur eger ſolius potionis cauſa à ſomno erit expergiſcendus, in quo etiā errore accidit ut ſomnum concedant poſt medicinam leuem in quo contradicunt ſuo Auicēnæ, & etiā quod dant unum tantum digeſtiuum in die, & cibum dupli cant aut triplicant, & intentio Hypocratis in libro regi minis acutorum fuit, ut concoctio fieret, totiens quotiens cibus dabatur, ob hoc oximel dedit, quandoq; pro cibo, interdū pro potu, melius igitur eſt ut in acutis ſaltem ſirupi duplicentur, & multotiens ſirupus acetoſus pro potu confert, ò quam in hoc medici noſtri temporis ſunt ſecordes. 2ª affo.cō.p̄ 4ª p̄ʳ.c.5. 2º & 3º.

¶Quod inungunt renes ex unguento Galeni. Ca. 67.

SEXAGESIMVSSEPTIMVS abuſus eſt, in unctione renum ex unguento Galeni infrigidante,

in quo totiens peccant, quotiens cogitant: nam primo dant infrigidandi cauſa, & oleum iam ſui natura calidum eſt, & oleum roſatum eſt fere medicina temperata, nam roſa ibi eſt ſecundum uirtutem, & oleum ſecũdum ſubſtãtiam, elaboratio illa licet refrigeret, aliqualiter non eſt tamen ſufficiens: at dicunt aperit poros, & ex hoc ſoluit calorem febrilẽ. & ego inuenio quod confert in apoſtematibus, quia cõfortat partes in principio conſtringendo eas ne recipiant, ſed hæc defendãtur licet, malus tamen uſus eius in principio, quia repercutit materiam ad intra, nec habet uim refrigerandi, quoquomodo illud quod eſt in uenis, multo minus quod eſt in arteriis, & in concauitatibus. Secundo quia ipſi perpetuo inungunt ſine aliqua ablutione, & in hoc faciunt totum contrarium queſiti, nam pinguedo olei obturat poros, & quod eſt terreum reſidet in eis, & facit nocumentum magnum. Tertio quia inungunt ex eo calido, & iam preceptum Galeni eſt, quod niſi aliud obeſt actus medicinæ debet eſſe conformis potentie, unde ceruſa debet imponi frigida, & oxicroceum calidum. Quarto quia dixit Auenzoar quod omne oleum exterius appoſitum nocet in egritudine colerica, & ratio eſt cum eo, quia nihil eſt inter liquores qđ facilius inflãmetur, nec inuenimus Galenũ uti in cura putridarum inunctione olei alicuius, niſi ad maturandum, ut in uentre cum camomillino, etiam quod ſani eo tempore propter uſum balnei aſſidue ungerentur, quanto minus nunc, & ex hoc patet error illorum qui etiam heriſipelata inungunt oleo roſato, nam cũ morbus eſt uehẽmẽtis inflãmationis debemus uti aqua cũ camphora, & uidi ꝓpter hoc aliquos male terminari.

3º de tẽpera mẽtis, in fi. ꝑ theiſir. 1. p. c. 7.

¶ Dico igitur quod primo talis inunctio non conuenit niſi factis minutionibus & euacuationibus. Secundo quod

do quod debet fieri quando competit ex oleo frigido in actu non calido. Tertio quod poſt horam diligēter debent detergi renes cum uino albo antequam iterum ungantur.

¶ Quod quandoq; preponunt medicamentum minutioni. Cap. 68.

SEXAGESIMVS OCTAVVS abuſus eſt, q̄m propter dictum Auicēnæ faciunt quādoq; pharmaciam precedere inciſionem uenæ, & quidam dant caſſiam ante: & intentio in quarto regiminis acutorum eſt, quod illud quod dixit author illius libri, ſiue Hippocrates, ſiue eius diſcipulus, ſit uerū, & eſt quod ſanguinis minutio, nō ſolum omnem medicinam, ſed & cliſmata debeat antecedere, itaq; ualde peccant, qui caſſiam uel etiam enemata preponunt inciſioni uenæ, ſed deterius ualde qui alio utūtur medicamine. quod ſi dicant caue ne faſtiditum flobothomes ex Principe, nam & illud uoluit Hippocrates & Galenus. reſpōdeo quod faſtidium non tollitur per caſſiam nec per medicinas niſi uiolentas, aut per inediam, quomodo igitur anteponent quidq̄. 4ª p̄i.c.4. 4ª p̄i.c.20. p̄ regi.acu.

¶ Vtilius igitur exiſtimo ab ipſa inchoare minutione nec lenitionem uētris premittere, & ſi Principi placeat & multo minus purgationem, & ratio ſuper hoc eſt quod minutio trahit, quod eſt de propinquo cordi ad extremum, & lenitio quod eſt propinquum epati, & melius eſt ut materia quæ ē iuxta cor declinet ad epar, quā econuerſo, igitur minutio precedet, nec humores in uenis ſuperabundantes. alio modo melius ſoluuntur quā uenæ inciſione, non igitur purgatione, nec qđ eſt in concauitatibus trahetur ad uenas magnas per

 ſolam

ſolam minutionem, nec hoc contradicit ei, quod dictũ eſt in.17.abuſu. nam tunc nulla eſt intentio ſubducendi ſanguinẽ merito morbi, & ſi forte aliquando merito quantitatis uel alterius cauſæ, ad authoritatem tamen Raſis alias dicam.

¶Quod utuntur iuribus in confortando uentriculum. Cap. 69.

SEXAGESIMVS NONVS abuſus eſt, quoniã utuntur iuribus in confortando uentriculum alteratis, & neſciunt, primo quod omne pingue laxat & mollit, ſecundum quod talia ſunt humida in actu, et quod eſſent ſicca in potentia, & ideo non poſſunt iuuare in tali diſpoſitione, nam forma plus facit, quam uirtus: corrugatio enim & incriſpatio ſunt quæ confortant uentriculum, & iura actu diſtendunt & relaxant maxime in plurima quantitate, igitur cura uera eſt cũ electuariis de zuccaro, ſolutis tamen & cum trociſcis & ſimilibus.

¶Quod in æthica dant medicinas. Cap. 70.

SEPTVAGESIMVS abuſus eſt, quod in æthica dant medicinas, de qua poſita quod ſit curabilis, nihil adhuc eſt deterius, & ego pono rationem. nam laxantes calefaciunt & exiccant etiam quod eſſent uiole & addunt indiſtemperantia, relique medicinæ etiam quod non leniant, nocent tamen & ponamus de camphora quæ ſecundum rationem Galeni iuuare debet, maxime ſecundum authoritatem Raſis, & ponamus radicem dulcem, & manifeſtum eſt quod in ſanatione æthici oportet ſanguinem arterialem refrigerari, ac ſimiliter arteriam, ſed in ſanguinem arterialẽ nihil tranſit niſi ſanguis uenalis, igitur oportet medicamentum factum iam eſſe ſanguinem uenalem, ac uirtutem illã remiſiſſe, omitto rationem quod exigua quantitas cõ

6.cõti.c.p. fo.118. col. 4.

17.cõti.c.7. fol.362.

tra tantam multitudinem renitẽte corde & arteriis nihil proficiet, & hoc ſaluo caſu in quo etiam uenalis efferbuerit, ſed tũc ſpes nulla eſt ſalutis, forte poſſunt da re ne corrumpatur uenalis ab arteriali, tamen relinquitur intentum quod nullus æthicus conuenienter poteſt curari per medicinã aliquam, & quod in uno ſolo caſu poſſunt exhiberi quæ nullo modo uentrem mouent, quæ autem leniunt: nunquã igitur in æthica omnino ſunt fugiende medicinæ. quod ſi dicant cum cõplicantur putride dabimus ꝓpter putridã: & ego dico quod tunc ſolum ſufficiunt digeſtiua, & nocumẽtum medicinæ attractiuæ æthice eſt maius iuuamẽto quod facit in putrida, & in rei ueritate tunc remanet aliqualis ambiguitas & etiam de principio cure, de quo dixi in libello floridorum pro nũc ſatis ſit intelligere quod medicina in æthica quæ fit ex ulcere pulmonis & apoſtemate renum poſſet prodeſſe, ubi talis cauſa eſſet curabilis, ſed cauſæ eſſentiales morbifice mẽbrorum quæ ſufficiunt ad generationem æthice ſunt inſanabiles, igitur nunquam medicina conueniet. conſultum eſt igitur prudenter in lacte & in balneo aquæ frigide in q̃bus duobus auxiliis eſt omnis ſpes, & in aliquo caſu trociſci frigidi laudantur potius prophilactice, quã curatiue, cum uidemus epar inflammari & corpus ad febres parari.

¶Q. d͂ dereliquerũt uſum inciſionis arteriarũ. Ca. 71.

SEPTVAGESIMVSPRIMVS abuſus eſt, qm̃ ipſi derelinquerũt uſum inciſionis arteriarũ, & incidũt ſolas uenas. ſcio reclamabũt quod hic error eſt in nõ faciẽdo quaſi nõ ſit error niſi in faciẽdo: fateor maiorẽ in faciendo errorẽ eſſe, at in non faciendo imperiti medici eſt omnino: unde ſciendũ quod ut in libro floridorum

ridorum dixi in febribus putridis ſoluēde oppilationis cauſa uena inciditur, ideo nunquā arteria, quia in ea nō cadit oppilatio, attamē in omni dolore pulſatili, ut habetur à Raſi debet arteria incidi, ideo in pleureſi nō inciditur, quia nō eſt dolor pulſatilis, & hoc bene animaduertit Princeps 10ma 3ii. ideo Galenus etiā monitu ſomnii ſe curauit à dolore lateris ſine febre, nam ut uiſum eſt ibi omnis dolor pulſatilis eſt per ſe ſine febre putrida, ſed cōiūgitur effimere, declaraui hoc ibidem, oportet autem ut ſit dolor uehementis pulſationis, in principio etiam, nam cum etiam apoſtema magnificatur fit dolor pulſatilis ratione compreſſe arterie de quo dolore non dico.

15. conti. c. ulti. cap. de ſignis pleureſis.

¶Cum igitur dolor aliquis uehemens & pulſatilis à principio egrū infeſtauerit arteriam quæ indirecto eſt, incide, & multum permitte fluere ſanguinem, donec in ipſa operatione dolor ceſſauerit.

¶Quod prohibet aerē liberum ab egris. Cap. 72.

SEPTVAGESIMVS SECVNDVS abuſus ē. cum ipſi includunt miſeros egros cameris prohibētes ab eis aerē liberū, tanquā aer liber ad ſalutē, non ſit utiliſſimus. unde aer perflatus emēdat malā cōplexionē cordis & ſpiritus, & reuocat calorē naturalē, & exhilarat animū, & tollit malos uapores, utilis autē eſt omnibus morbis, exceptis leſionibus capitis, maxime uulneribus & cōtuſionibus. Secūdo qn̄ aer eſt corruptus, ut tēpore peſtilētiæ; quāuis tn̄ Zoar altas Raſis perflatas cameras cōſulūt, defendi pn̄t aere nō corrupto, At in omnibus aliis debēt teneri feneſtre apte, niſi ſol noceat nimia caliditate, maxime autem eſt hoc utile in febre peſtilentiali & ptiſi ac ſimilibus.

30 theiſir. t. 3. c. 1. & . 10. ad Alm̄. c. 16.

¶Innumera ſunt & alia quæ non iniuria his adnumerari

rari poſſunt, uerum hæc pauca pro nunc delibaſſe ſuffi ciat, quia grauiora uidebātur tantumq́; inualuerunt, ut minima pars ſanè doctrinæ, optimisq́; experimētis relicta ſit: miſereor tamen mortalium qui in ſummis periculis minus ſapiunt, quam qui æſtu fluctuāte mari in cimba uehuntur, nam cum etiā ignauo ac rudi nau te uſq; ad maximum uitæ diſcrimen, omnibus expoſi tis fortunis plus credāt, quā ſibiipſis egri, & qui eis aſſi ſtunt medicorum ſapientiam flocifaciunt, nec illorum ad unguem omnino decreta obſeruant, plus etiam in eius electione falluntur, cum uel loquatiorem medi cū, aut ambitioſorem, aut ſeniorem, aut eum qui plus res numerat clientelas, aut promptiorem, aut magis precipitem, aut magis familiarem, aut moribus com ptiorem, aut uerbis blandiorem, aut ueſtibus orna tiorem, aut eum qui potentum limina terit, reliquis preferunt, cum ſtudium aſſiduum doctrinam copio ſam exactam diligentiam naturæ iudicium, acre uera pronoſtica, & optimos ſucceſſus anteponere deberēt. his enim ſex rationibus qui ſit perfectus medicus de prendi poteſt, nam hæc non alicuius iniuria, ſed ad hu mani generis utilitatem ſcripta ſunt: quod ſi quæ hic paucis uerbis perſtrinxi aliquibus minus certa uidebā tur, paratus etiam ſum copioſiore oratione defendere, ac etiam ubi oportunum fuerit, de his uiua uoce am pliſſime referre, nam cunctos hos abuſus in uiridi per petuaq́; eſſe conſuetudine egri, miniſtri, tonſores, far macopoleq́; teſtantur.

¶Explicit libellus de modo medendi uſu.

AMBROSIO CAVENAGO ARTIVM ET medicinæ doctori Excellentiſſimo/Ducali medico digniſſimo, Hieronymus Caſtelioneus Cardanus, artium & medicinæ doctor. S. P. D.

LIBELLVM de medicinarum ſimplicium noxa æditurus nomini tuo dicandũ cẽſui: ut ſi ei quidq́ deeſſet ſingulari tua doctrina suppleretur: ſin minus authoritate tueri poſſet, dignitatis enim & uirtutis magnitudinem egregii ciues, ducesq́; etiam externi teſtãtur: ſapientiſſimi uero Ducis noſtri iudicium confirmauit, & ampliauit. Vale.

MVLTOS Ego uidi medicos de ſimplicium medicamentorum uſu gloriari, qđ & facilius inueniri, ac inuẽta parari, nõ minusq́; quibuſlibet cõpoſitis pharmacis ad tollẽdas paſſiones uirium habere poſſint: in qua ſentẽtia Scriboniũ largum Claudii temporibus medicũ celeberrimũ ſcripſiſſe uideo ſimplicia medicamenta prius eſſe narranda, qm̃ compoſitis pleruq́; ſint efficatiora: Octauianus etiã Horatianus Valentiniani imperatoris tempeſtate clariſſimus phyſicus, & cõpoſita & remota remedia dãnat, omniq; ætati, morbo, occaſioni in quacũq; etiam ꝓuincia parata ex ſimplicibus auxilia egregia cõſtanter affirmat: Plinius etiã paruo antea tẽpore uir inſignis, ac quantũ in rebus alter eruditus eadem ſcripſerat, medicosq́; ex longinqs partibus & operoſa & ꝑcioſa uehi ꝑſuadentes calũniis proſequitur: cum ex horto ſuo quiſq; remedia cenare poſſit impenſa nulla: labore modico: omnesq́; eius libri ſingularibus medicamentis etiã ab ipſo probatis

In Epl'a.

lib.1.c.1.

lib.24.c.1.

batis referti ſunt:in eorum etiam confirmatione & Celſum,& Diaſcoridem,& Galenum maxime in ſimpliciũ medicamentorũ libris Auẽzoar,& Serapionem, Auerroim,Principem,Raſim,Meſue,Haliabbatem , innumeros ẽt alios, tum antiquos,tum recentiores ſcripſiſſe uideo, ad ſingulas paſſiones ſtrenua ex ſingularibus medicamentis auxilia:quinimmo uideo preſentes medicos,& hoc etiã ego aliqñ expertus ſum feliciter : in interioribus paſſionibus,maxime aũt uentriculi:cremorem carne milli per ſe adminiſtrare,protinusq; dolores ſedari,quod & à Galeno ſcriptũ inuenio : ſepe etiã plurimas ſimplicibus medicaminibus uidi ſanari diuturnas paſſiones,quæ longo tẽpore fruſtra cum cõpoſitis pharmacis thematefuerant:quod nemo ſanè admirabitur,ſi inde obſtruendi facultate ſolam gentianã expertus fuerit, nec ſolũ in ea,ſed in ortopnoicis & quartanis paſſionibus extemporaneas ſanationes uidebit: huius quoq; opinionis Auerrois fuiſſe uidetur, cũ de reubarbari natura diſſereret, nãq; non ſolũ innoxium eſſe dixit,ſed etiã aliarum medicinarũ nocumenta corrigere:cui etiam Meſue aſſentitur:& ratio.nam cũ plures partes in reubarbaro purgantes uidere liceat, uentrẽ enim ſoluit,& obſtructiones aperit,& mẽbra cõfirmat,& ſanguinẽ reprimit,intantũ ut emoptoicis aſſum ſummũ auxilium eſſe credatur,nil mirum ſi per ſe ſumptum innoxium fuerit : cum multorũ medicamentorũ uires egregias in ſe cõtinent. Quod etiã ueritatis imaginem habet:conſentaneũ enim eſt,naturã in hoc opere arti non ceſſiſſe:nam non artẽ natura , ſed naturam ars imitatur.Credendum igitur putant,medicinas ſimplices re ipſa eſſe compoſitas,non ſolumq; ſimplicibus paſſionibus,ſed diuerſis & pugnantibus exhibitas ſanitatẽ reſtituere poſſe,nuper etiam ad hanc confirmã-

dum

lib. ex pimẽ torũ ad literam.

ſ. colliget. c. proprio.

Meſue in cura.

dum hereſim:cuiuſdam ligni Indici inuentio acceſſit: cuius longa exhibitione per cremorem, nõ aliter melius elephantiaſis quodam genus curatur, quod uulgari nomine morbũ gallicũ appellant: Infinita horum poſſem cõmemorare exẽpla, cum cæterorũ medicorum libri his ſcateant remediis, ſed omnia ſub una ratione cõſtant, ut non fruſtra ſermo producendus ſit. Capita

3° de tẽperamentis.

igitur uniuerſa eorũ quæ interius aſſumũtur tria ſunt, cibus, medicina, uenenum, quorũ cõmiſtione ſex mẽbra generãtur, ex quibus tria ſilentio digna ſunt, nam de cibis nõ eſt inſtituti ꝓpoſiti pertractare: medicinas uero uenenoſas, ac ipſa uenena nemo ſanè mentis uel ſolo audito nomine innoxia eſſe dixerit: reliquũ eſt igitur ut de medicinis ipſis aut cibalibus, uel cibis medicinalibus dicam. Intereſt autem inter hæc differentia, quoniam medicinalis cibus alit primo, & imutat: medicina cibalis cum immutauerit in alimentum tranſit: medicina uero ſimplex nequaquam ab immutatione transfertur in alimentum. Igitur cum cibi medicinalis paruũ fuerit iuuamentũ, non erit mihi de eo lõgiõr ſermo habẽdus: quod ſi aſſiduitate quis iuuamen augere ſperauerit duplici obice impediretur. Primum qm̃ deſunt ꝓdeſſe auxilia cum opus eſt, quæ quotidie in uſu

lib. 27. c. 13.

ſunt (ut Plinius dicebat) quare Princeps iubet iuuantia etiã medicamina ꝑmutari: alterũ eſt quod ſi in mo-

4ª p̃¹ de cura in gñali.

dico uſu paruũ dãnum ſentiatur, in plurimo magnum euenire neceſſe eſt: uel ipſa cõſuetudine omnino mitescere, quorũ unum propoſiti noſtri metas ingreditur: reliquũ uero ad cibi rationem, de cuius natura dicere propoſitũ non eſt ꝑtinere uideo. Igitur nobis tantum duo mẽbra ſuperſunt, uidelicet medicina ſimplex, & cibalis, quorũ utrũq; diuiditur in laxantem, & eam quæ aluum nõ ſubducit. Primũ quidẽ genus medicamenti

nomine

nomine ſimpliciter appellabo, & ſi nõ ignorem à pluribus hoc nomine tantum ſtrenua laxantia debere intelligi, ſed non eſt de nominibus litigandum, ubi res ipſa difficultatẽ parit. Galeni enim preceptum eſt, alias uero medicinas, uel ſimpliciũ nomine, uel medicinæ, uel medicamenti cum adiectione intelligi uolo. 2º de dif. febrium. c. 7. authoritate Platonis.

¶ Dicamus igiť primo de medicamẽtis in genere, demũ de ꝑprie uocaris: ꝑtermittentes illud oẽm medicinam ſolutiuam, & ſoluere & inueteraſcere, nam hoc non medicinæ ipſius, ſed operationis uitium uidetur: at medicinas nunc non operationem ipſam reprobare propoſitum eſt: ſi quidem hoc non ſolum ſimplicibus medicamẽtis, uerum etiam compoſitis cõmune foret. 3ª pª a Principe.

¶ Primum ergo à ratione quæ plurimũ poteſt, ſumamus exordiũ: cunctarũ medicinarũ facultates ita ſibi annectunť, ut ſi prima culpa caruerit, ſecũda uitio deſ ueluti qđ robur addit obſtruit: cõtra quod apit robur minuit & laxat: ſuntq́; hæ uires ſemꝑ æquales (Galeno teſte) quantũ enim cõſtrictionis in medicina facultas augetur, tãtũ & roboris mẽbro addit: cum igitur paria ſint iuuamẽtis detrimẽta tantũ unaqueq; medicina nocebit quantũ & iuuabit: hoc aũt deterius erit, cum nõ equaliter intrinſece particulæ affecte fuerit, quod rariſſime cõtingit, plerũq;.n. epar calidũ, uentriculo frigido exiſtẽte inuenitur, quomodo igitur ſi zinziber uẽtriculũ calefaciet, epar nõ uret: aut ſi oxiacanta feruorẽ iecoris mitigabit, uẽtriculo frigiditatis intẽperiem nõ augebit: at ſi cõpoſito utaris medicamine unaqueq; particula quod ſibi cõuenit attrahere didicit: ut uolebat Serapio: eo modo calida mẽbra frigidas medicinas, frigida calidas, ad temperandã naturã ſibi uendicãt: quod ſi capparis corticẽ in miſto medicamẽto lienoſus deuoret; à ſplene attrahitur anteq̃ in uentriculo magnã inferat Prima rõ. 5º de ſimpliciũ medicamentorũ facultate. Secũda rõ. Antidotarii c. 5.

rat noxã:quod ſi ei abſinthium copulauerit,fiet ut hos in uẽtriculo moram trahat,& nõ ad ſplenẽ deferatur, qui uero capparis ſimplicis uſu delectabitur (de cortice loquor)nam fructus ſale cõditus mitior eſt,& in iecore,& in uentriculo roboris noxã patietur, acre.n. eſt nimis medicamẽ,& nimiũ deobſtruens:ſcio quidẽ rationẽ hanc ab Aueroe aliter interpretari: ſed non mihi cure eſt opiniones ſuas cũ aduerſus medicos in medicina diſceptat referre:alio.n. libro medicorum cõtradictiones deſcripſimus. Sed iam unde digreſſi ſumus eo reuertamur:Zoar uir & longa experientia & animi ſinceritate inter medicos nõ parue authoritatis cẽſet nullum mẽbrum principale,nec uẽtriculũ ipſum abſq; ſtipticis ac aromaticis fore curandũ:quod cũ ita ſit,erunt oẽs paſſiones excepta ĩmateriali debilitate cõpoſitis medicinis curãde:nã primo materiã euacuare oportet, antequã mẽbrum cõfirmetur:igitur apparet medicamina cõpoſita in cunctis morbis eſſe neceſſaria:nam uno dũtaxat excepto quod rariſſime accidit morbo cum illud etiã ob alias dictas,& dicẽdas rationes medicamine cõpoſito curari cõueniat:cetera reliqua uel hac unica ratione cõpoſita medicamẽta repoſcunt,in quã etiã ſententiã expreſſa uoce Princeps inuectus eſt, ut nec illud in his quæ foris applicantur preteriri maluerit: Sed iam aliã cõpoſitionis neceſſitatẽ,audi à Galeno ſub cõpendio enumeratã, ſunt equidẽ medicamina morbis equali cõtrarietate machinãda : hoc.n.à Galeno multotiens repetitũ eſt:cũ igitur ſingularia in gradu equalia & morbo cõuenientia uix inuenire poſſibile fuerit, cui dubium eſt medicinis utẽdum eſſe compoſitis:hoc aũt magis cum quedam ſimplicia uni morbo ita conueniunt,ut in cauſam addant ueluti quoſdam, uideo medicorum aſclitem genere quodã caulis ſoldanelle uocate

Tertia rõ. De cõſeruãda ſanitate, itẽ p̃ theiſir trac. 15. c.1. &.t.13.& alibi pluries et Auerrois.

4ª p̃ſ. c.1. Quarta rõ. p̃ catageni c.3. 3º de tẽperamẽtis, & in techni, & 2º de ſimp.medicamẽtorũ facultate. c. 11.

uocate materno ſermone curantium, quod ſi ſimplex propinatur non parum iecinori oberit: ſatiuſq; puto foret iſta relinquere cum non deſint auxilia in utraq; conditione ſalubria: accedit huic cauſa alia: nam pleriq; aut uentriculo ſunt imbecili, ut os eius mordicatione ſentiat, aliis renes, aliis epar, aliis cor eſt inualidum, aliis nauſea uelox, aliis minus ſoluitur aluus, aliis parum, aliis cōplices ſunt affectus, quas oēs ob cās in cūctis paſſionibus compoſita oportet offerre auxilia.

¶ De his igitur uniuerſaliter ſatis dictū eſt, at nunc peculiari ſermone laxantia medicamenta ſunt proſequēda, nam horū precipue uitioſa natura eſt, unde Cornelius celſus medicus antiquiſſimus, cui ſi Galenus non ſucceſſiſſet poſt Hippocratē palma medicinæ ſtatuēda erat, dicebat oēm medicinā ſolutiuā mali ſucci eſſe, & uētriculo inimicā, cui non ſolū Serapio aſſentire uidetur, ſed rationē adiicere, cū enim nō aliter aluus ſubducatur, niſi prius ad uētriculū cōtractis humoribus demum expūlſis, neceſſe eſt ipſum & humorū qualitate, & motuū diuerſitate, nō parū ledi, ac etiā temperamentū ſolui. cuius etiā ſigna ſunt, faſtidiū ſubſequens: antecedens plerūq; nauſea: malus ſapor in ore, quem tādem extrema comitatur ſitis: ſi recte ſolutus fuerit, ut dicebat Hypocrates: uerū etiam mihi in hac cauſa Galenū fauiſſe perſuadeo qui omniū laxantium innocentiſſimum affirmauit ſerum quod tamē & mellis & ſalis ſocietate correxit. at nec ſic flatulenta uis omnino deiicitur, ut cuilibet experiri licet, quod ſi innocentiſſimum medicamentū, non omnino etiā emendatū uitio caret, quāuis exiguo, quid in aliis non eque probatis medicamentis dicendum erit: aut igitur Galenum culpare, aut experimento diffidere, aut omne laxatiuum medicamen uitioſum fore fateri cogimur: horū igitur trium

Prima rō.

In antidotario. c. 10.

4ª affor. 19.

Secūda rō.

3º de alimētis. c. de lacte.

prefertim

preſertim tot rationibus famulantibus minus impudens eſt cōcedere, quod etiam quotidiana nitatur experientia, omne laxatiuum nullo exempto per ſe ſumptum fore uitioſum, debuerant hæc ipſa nobis facere fidem, ſed ne quid promiſe inueſtigationis pretermitti uideretur. Iterū à ſingulorū enarratione auxiliorū orationem exordiar ſi prius unum meminero nō eſſe ſerū quaſi medicinā, ſed potius potū medicinalē ne cui ad
In de cōſolatione medicinarum. diuiſionē quadruplicē laxantiū medicaminū à Meſue examinatā fuga ſuperſit: exiſtimet etiā quilibet ſecū ſi in hoc ut ita dicam familiariſſimo potu (nāq; oēs lacte alimur in infantia) quoniam ſoluendi uirtute preditū eſt tantum noxe contrahitur quid in aliis ſperandum ſit, quæ non ſolum nobis aliena, ſed ferè incognita, & guſtu in ſuaui predicta ſunt. Dicamus igitur de his primo quæ uehementiora ſunt, poſt de quibuſdam quæ à recentioribus benedicta appellātur, qm̄ uere ſoluendo minus conturbant. In cæteris enim ſatis fuerit camemilli & glizirize naturam exploraſſe.

c.proprio. ¶Scamonion in ſubducēda bile omnibus Meſue pretulit medicamētis, ſtomacho autem peſtilentiſſimum & delaterii, uim habere Paulus egineta exiſtimauit, cuius correctorium mirobolanos in ſuo capitulo, idem
lib.7.c.4. Meſue eſſe dixit.

¶Titimallorum ſpeciebus omnibus aquam purgan-
7.conti.c.2. di uis ineſt maxima Raſi teſte, at ea uenena uel à Gale-
fol.157.co-lū.4. no, uel à Principe ſciat: ut etiam loca glabra perfecte reddantur, lacte eorum aceti infuſione, & citoniorum ſocietate mitiora fiunt.

¶Lacterim ſimili ui, & eſulam pollere manifeſtum eſt, uere maiore noxa, minore tamen utilitate, uis naturæ pluribus ingeniis conciliantur.

¶Elacterii uim tum in hydrope, tum in pituita euacuanda

cuanda Hippocras celebrauit, & Raſis, ſanguinem tamen educit Principe teſte, cuius correctio non una eſt dragaganto, tamen miteſcit aliqualiter. 7° epidimiarũ. ubi ſupra

¶Hermodactili iuncturis opitulãtur ſi quid aliud, attamen ſtomachum ledunt uehementer, Meſue raphano corrigit, Raſis opium & zucarum miſcet, in catapotia formatur, rarum etiam eſſe creditur, quod enim ſub eius nomine adminiſtratur, adulterinum eſt. 2° cano. 12. cõti. c. 1.

¶Pes coruinus uentriculum non ita ledit, & ad iuncturas ab Alexandro plurimum cõmendatur, innoxiũ magis eſt hermodactilo, ut etiam Princeps teſtatur, ipſum tamẽ à nullis per ſe adminiſtratur, ledit enim interiora quare aromatibus copulatur. lib. 2. c. de cura podagre.

¶Turbith flegma educit grauiter, nomine ipſo noxia natura detegitur, corrigitur zinzibere à Meſue. c. proprio.

¶Kartamus ab Auerroe in flegmate purgando indifferenter omnibus preponitur auxiliis, cordumeno a Meſue corrigitur, non enim ſuum deeſt uitium ut cuicunq; natura progenito. 5. col. 42.

¶Collocintidam craſſis lentisq; humoribus qui extra uenas poſiti ſunt accõmodatiſſimam eſſe fatetur Auenzoar, eſt tamen tantum eius inteſtinis nocumentum ut adhuc de eius contritione, & Raſis, & Meſue, et Princeps diſcemptent, ab Auenzoar amigdalis copulatur, a Serapione dragaganto. 2° theiſir. t. 6. c. 5. Antidotarii c. 12.

¶Sarcocola ſubtili pituite educende, optima eſt: educit & craſſam a recentioribus multotiens repetita, errodit tamen uehementer & calefacit, miteſcit lactis per ſeptem dies infuſione, ut a Montagnana docetur. In cõſiliis. In de ſimplicibus. c. ꝓprio & a Mõtagnana.

¶Veratrum ad purgãdum atram bilem, & totum corpus inaniendum. Item ad iuuentutem reparandã Meſue cõmendat: hoc enim ꝓprium ei ineſſe uidetur, ueratrum tamen conturbat, & ſepe ſpaſmum efficit, pro- 2. theiſir. tracta. 6. c. 5.

pterea

pterea ab Auenzoar nenufare ob immodicam ſiccitatem corrigitur, ut ſic etiam cordi propitietur, nec hoc acopo preſtantius inueniri poſſe arbitror, non ſolum ueratri, ſed omnis medicamenti quod in modica ſiccitate principalibus membris nocere natum ſit.

lib.1.c.84. ¶Lapidem Armenum Alexāder in humore nigro educendo cunctis aliis propoſuit: multiplici tamen lotura indiget, nec tamen ſic omni nocumento caret, azulus tamen lapis hoc in iuuando inferior, in nocendo, ualentior inuenitur.

¶Epithimum Serapio cunctis pretulit in educēdo felle nigro: attamen multiplici nocumento obeſt, precipue tamen quibus abundat flaua bilis, corrigitur mirabolanis Indis, Polipodiū inferius ipſo eſt, nec tamen noxa uacat extenuans corpora ſubuertēs uentriculū, multa ſanè huiuſmodi nominare poſſem & pene infinita, ut terbentinam, armoniacum, perielemenon, centaurium, peplum, ebulum, ſabucum, ſquillam, ariſtologiam, ciclamen, ireos, benſemen, oppoponacum, ſerpentariam, brioniam, ſtaphiſagriam, nitrum, ſpartiſemen, giniſtre flores & perſicorum, catapuciam, album elleborum, alumen liquidum, aſſarum, ſerapinum, fella teſtudinum.

¶Oportunius igitur fuerit ea quæ in dubio uerſantur contemplari, & quæ ſunt noxa ab aliquibus eſſe credūtur, & ſunt aloes, agaricus, reubarbarum, caſſia fiſtula, manna, ſenne, uiole, roſe, fumus terræ, amarindi, mirabolani, abſinthium, ſticados, ius galli, eupatorium, pſilii ſemen, lupulus, capillus ueneris, aqua lactis. aloem igitur declamant medicinam totum corpus purgantē uentriculo cōmodam: quinimmo & ſanitatem tueri credidit Meſue cum cibo ſumptum, hic quidem, ut puto conſilii proprii penas dedit, nam inuenta eſtinctus

eſt, hoc

eſt,hoc autem quantũ habeat detrimenti,conſiderandũ eſt in unaquaque particula:non enim in cunctis ſimplicibus hoc expedire puto, ſed in his tantum dãna diligentius inquirenda ſunt,quæ ab ipſis tanquã inoxia proponũtur. Primo itaque de ſapore eius ratio habẽda eſt,nam ut Princeps dicebat, etiam quod egritudinibus auxilium ſimplex opitulari poſſet, attamẽ fuit neceſſaria medicinarum permiſtio ob ſaporis prauitatẽ; ſi igitur in aliquibus hoc cõuenit aloem de horum numero eſſe neceſſe eſt: hoc enim omnium medicamentorum cum collocintida in amarore obtinet principatum,unde recentiores exerta lingua iubent deuorari, non enim eius amaritudo ſentitur. Sed uideamus an uentriculo amicum ſit, dicebat Raſis aloem amicum uentriculo fore non ſimpliciter intelligendum, ſed ad reliqua ſolutiua collatione habita,cũctis enim aliis eſt minus pernitioſum,an autem omnibus conueniat, & quibus Paulus paucis uerbis patefecit,aloem tabẽ inducere profeſſus,ſi calidis & ſiccis temperamentis exhibeatur,aut in longo uſu,uel in inculpato humoribus corpore:an autem cõueniat cum cibo ſumptum in de caſſie fiſtule ſermone dicemus. Agaricus quãquam uix probatus inueniatur,nec tamen quantũcunque bonus noxa caret: heret, nauſeam mouet, uiſcera debilitat, unde raro uel aliter quam in cremore,aut ſali,uel oximeli cõmiſtus propinatur.

In cantice parte 3ª. t. c. 14.

Platearius de ſimpli. ſ. cõti. c. 1. fo. 101. colũ. 3. lib. 2. c. 55.

¶Reubarbarum calidũ eſt & ſiccum immodice, craſſe etiam ſubſtãtie, unde rationabiliter ſquinanto & ſpice ſociatur:leuis uſus parum iuuat, multus uehementer exiccat,itaque corporibus ſiccis non parum nocet per ſe ſumptum,ſolemus itaque paſſulis innoxium redere,humiditates autem pituitoſas per ſe excernere non ualet, in omnibus igitur paſſionibus copulari debet,niſi in

humido corpore ſola bile oppreſſo, quod uix inueniri contigit, igitur aut in cremore, aut aliis iunctum medicamentis, uel cum paſſulis plerunq; exhibetur.

¶Caſſie fiſtule nullum per ſe uſum credo, nam ſi ante cibum plurimo tempore ſumatur in alimẽtum tranſit, Meſue & experientia docente, ſic autẽ perdicem nemo etiam paraſitus ei nõ accompoſuerit, ut aluum autem ſubducat ante cibum, uel à cibo proxime deuoratur, hoc autem & in aloe & in cæteris medicinis fieri peſſimum ducebat Paulus cum indigeſtionẽ maximã procuret, locoq́; concocti humoris educti crudus inſtauratur, nec ſint uirium detrimento, quod à ratione ſumit initium, nam nõ aliter ſubducitur aluus, q̃ aperto piloro, atq; ita mora in uentriculo non contracta in coctum alimentum tranſit in uenas, extrema enim morula q̃ cibus in uentriculo ad digeſtionem contrahit eſt horarum octo, ut dicebat Raſis. non igitur hoc meo iudicio flocifariendum erit incõmodum, quo tamen deterius agitur, ſi more quorũdam catapotia, & in ardorem febrilem, & in tabem membrorum addentia propinentur, minore enim nocumento uitato deterius introducitur.

¶Manna quidem antique innocẽtiæ memor nullum uidetur ſenſibile inducere nocumentum. uerum ego prunis magis q̃ medicinis aſſimilari puto, eius tamen natura peruertitur cum in malam inciderit ſedem, nec uere quod eſſet Serapionẽ cognouiſſe credo ſermonis breuitate, & uarietate.

¶Roſas nemo ſimpliciter offerat, ad lipothomiã enim uſq; ducunt, aliquando uentriculũ ſubuertunt, aqua caſei ſirupus cõmiſtus propitius eſt.

¶Viole ut minus habent uitiũ & ſtipticitatis, ita à nullo ſola exhibentur fumiterræ ſuccus eſt in uſu ad mundandum

lib. 7. c. 4.
Sec' tñ in febrib' & uenenoſis medicamentis, ut 2° regim. acu. t. 12. 5° cõti. c. 1. fol. 104. colũ. quarta. Et añ ponit horarũ. 12. et parũ ante horarũ. 16. eodẽ cap tñ.

dandum ſanguinem, uerũtamen uentriculo inimicus eſt: nam oẽs ſucci preſertim hic eum offendunt, quare ab eorum adminiſtratione cauendum eſt, ſubuertunt, laborem preſtant, concoquendi uim minuunt, quod & ſi Galeni inuentum ſit, attamen experientia quiſque doceri poteſt.

¶Quæ ſoluunt & dulcia ſunt emundant ſanguinem, ut manna, caſſia, & thamarindi leniunt pectus ſi alio ſapore non inficiatur, ut mãna, & mel, & caſſia renibus omne leue auxilium laxandi propitium eſt, ut uiole, aqua lactis &c.

¶Thamarindi ſtuporem dentibus inferunt, uentriculo nocent.

¶Mirabolani rugas uiſcentibus & oppilationes inferunt quãquam in ſeruanda iuuentute, nõ aliud ſit melius medicamen.

¶Aqua lactis leuis uirtutis eſt, flatus inducit, tarde operatur.

¶Nec ignoro horum minima fore nocumenta ut reubarbari, caſſie, manne, roſarum, uiolarum, fumiterræ, ſeri, attamen ſi iuuamen inſigne procuraueris multiplicata exhibitione, uel multitudine impoſſibile erit damna occultari.

¶Sene mundat ſanguinem, & iuuentuti ſeruande, & coloris bonitati manifeſtum preſtat iuuamentum, raroq; utentem febre acuta corripi uidebis, nihil minus ſtomacho nocet, & tedium in operatione affert, capitis dolorem aliquando mouet, nec iure gallinarum tollitur nocumentum uentriculis pituitoſis, quidam iulep uiolato, cremorem temperabãt, minuſq; moleſta erat, uidebaturq; inſignis medicina.

¶Abſinthium ſanguinẽ à bile mundat, hoc enim eius proprium eſt Serapione teſte, per ſe ſumptum tamẽ & Antidotario.c.12.

odioſum & inutile ex ſucco etiam dãnoſum.

¶Ius galli nullo inſigni iuuamento preditum uideo quod ſi mitroſitatis plus habuerit laxabit quidem, ſed magis uẽtriculo oberit, ſi uero iuuenis animalis & inſipidũ potus eſt, uelut & pruna cibus, uerum & ſi molliẽdo feces aluum fluxilem reddant hæc omnia, non tamen à ratione ptiſane diſſentiunt, nec de uentrem mollientibus dicere profitũ eſt: differunt enim hæc ab omnibus aliis uocatis medicamentis, quoniam non ſubito, ſed plurimum poſt tempus liquidiores feces reddũt nec cogunt alimẽtum incoctum deſcendere, talia etiã ſunt blitum, mercurialis, ceraſa, oleum cum cibo ſumptum, & plura huiuſmodi.

¶Sticados & eupatoriũ abſinthio plus ſunt nociua, & minus in uſu, has enim herbas ſolas propinãtes neminem uidi, fruſtra igitur de his ſermo habendus eſt.

¶Lupulus quidem in mundando ſanguinẽ plurimis fumoterræ anteponitur, nã humidus eſt, ille uero ſiccus: humidas autẽ & frigidas medicinas ſolutiuas incolumiores aliis credendum eſt, quoniam ſue operationis ſunt moderatrices, & nocumentum tollunt, uerum non eſt in lupulo à cibo uirtus aliena, quotidie. n. manditur, & per ſe ſumptum nihil operatur.

¶Pſilii mucilago infrigidat uehemẽter, ſed parum ſoluit: capillus ueneris parui iuuamenti eſt in laxãdo noſter nec in hoc nec in alio uirtutem habere uidetur, ita ut nemo hæc ſola propinare audeat, quod ſi quis experientiæ cauſa tentauerit medicinæ calũniam, & imperitie ſibi inferri uidebit.

¶Nec tñ Meſue authoritas in his multum te moueat ꝙ aquã lactis, & pleraqꝫ alia ſine nocumento credit, nã experimento res aliter eſſe deprenditur, ita ſerum calidum & ſiccum, Galenus frigidum & humidum dixit, 4° ſimp. medica. c. 16.

ille

ille nullo cũ dãno, hic uerius duplici nocumento. itaq; conſultius fuerit de ſimplicium natura Dioſcoridem, Oribaſium, Galenum, Serapionem, Raſimq; intueri, cũ etiam Principi duntaxat hac in parte modica fides ſit tribuenda.

Inter autem ea quæ minime uentrem ſoluunt gliziriƶe ratio habẽda, primo eſt, ſuauis guſtu unicum doloris uentriculi ſolamen Zoar teſte, renes purgat, ſitim extinguit, temperamento proxima eſt guturi, & faucibus leniendis præſtantiſſima, famem tollit, ut dicebat Dioſcorides, ſed & ipſa multiplici ratione dãnãda eſt. nanq; primo ueluti inuidente natura factum eſt, ut ab eradicatione pauciſſimis diebus ſeruari poſſit quin noxam & cariem cõtrahat, qua nil in terrenis fetibus deterius cenſuit cato lignis, radicibus, terra, lapidibus: quid igitur tam precoci ſenecta ſtatui poteſt in qua iuuente initium marcide ſenecte copulatur, at nec in pubertate innoxia eſt: tollit enim famem, Plinio dicente, ſoluũt famem butirum, gliziriza, hippate, igitur nõne eam etiam quæ oportuna eſt tollet, nam butirũ ex eo genere eſt, quod etiam faſtidiũ inducit: cuius ratio in promptu eſt, nam quæ uere famem tollunt, nutriunt copioſe, at nulla radix impenſe nutrit Galenus citetur. Igitur non ex gliziriza fames recte amputabitur, ſed faſtidium potius inducetur, non tamen par ratio ſitis ſedãde fiet, nã ea uere humido eius ſucco miteſcit: aliud etiam ſuccurrit nocumẽtum, nam ea ſi lignoſa edatur ſubſtantia reclamabit, Galenus neq; abiunctum, nec medicamen bonum eſſe poſſe, ſi uero ſuccus, aut decoctum unum quidẽ obſtruit, aliud autem minime uirtutis, multos enim eo pro potu perpetuo in podagra uſos fuiſſe uidi: igitur non niſi ad faucium labores preſtans erit, ſed & in hoc ratio habenda eſt, ſi enim man-

p̃ theiſir. t.13.c.2.

lib.3.c.6.

lib.11.c.54.

2º de alimẽ.

ditur tantum abeſt à uétriculo uiſcus, ut nullo ſit hoc modo ſumpta pectori auxilio, cõnumeratur enim inter cauſas incurabilis ptiſis uiarum longitudo, ut neq; fortia remedia per cibũ potum ut ſumpta in cauſa pulmonis curandi ſentiantur: ſi uero maſticetur plurimũ perſepe humoris ad fauces contrahit q̃ uel ſoluat, aut digerat, quinimmo medicorum cõmune preceptũ eſt eos qui faucibus laborãt, à maſticatione abſtinere debere. patet igitur tantum in eccligmate ſumenda, preſertim cum non multa in capite materia reſederit, ſed ad fauces acris, uel ſalſus humor diſcenderit, aut muſculi laringe obringuerint, hac enim in cauſa Galeno docente, ſummũ preſidiũ expertus ſum inter ſimplicia.

¶Camemillam haud ſolam unquã uidi foris exhiberi, parum enim ut nocet, ita minimum conduci ſolet extra oleum adminiſtrari, intus tamen cremorem eius, aliquando decoctum, nũquam ſuccum uidi ꝓpinari. tres inſunt ei præcipue uirtutes, doloris ſedatio, maturatio, & calefactio ſine attractione manifeſta, attamen attrahit occulta attractione. tertium eſt quod confert omnibus uiſceribus ſub peritoneo contentis, hoc tamen oleo eius precipuum eſt, itaq; laudẽ hoc ſimplex obtinet inter omnia ſingularẽ: uerum nec omni noxa carere quidquã poteſt, nam intus aſſumptum uentriculum deiicit & laxat, eſt etiam in potu abominabilis, calefacit etiam cum ſubtilitate, ut augeat bilem &c.

3° de ſimplicibus. c. 9.

¶Omnium igitur medicamentorum innocentius eſt ſerum, ſecũdũ mãna, tertium reubarbarũ: indiget ſerũ precipitatione & flatus diſcuſſione: manna fortitudine ſolutionis eſt tamen & cibus: at reubarbarum confortatione & ſubtiliatione, ac caloris remiſſione. inter alia autem ſimplicia liquiritia, & camemillo, nullũ aut innocentius, aut plurium iuuamentorum inuenies medicamen,

dicamen, hæc igitur de his dicta ſufficiant: reliquū eſt ut aliam rationem inducamus utilitatis, uenia omnibus ſimplicibus nocendi data uel occaſione ſublata, ſunt tamen compoſita ſimplicibus preponenda, cum etiam equalis fuerint uirtutis, unde Auēzoar ipſe medicinæ compoſita cum equalis fortitudinis ſimplici cōparata fuerit fortius operatur, ac non ſolum in primis, ſed & ſecūdis ac tertiis uirtutibus, cuius cauſam 5° colliget Auerrois aſſignare nititur. quod ſi ita eſt qs ſanè tam ſtupide mētis fuerit, qui compoſitam medicinam ſimplici non pertulerit, cum non ſolum innocentior, & ſuauior, ſed ad tollendas paſſiones preſtātior fuerit. p theiſir. tractа.10.c.15. c.57.

¶ Extremam igitur nobis ſupereſt partem diluendis obiectis impendere, ut citra diſcordiam & animi trepidationem propoſite cōcluſioni acquieſcere poſſimus, illud ſanè nos meminiſſe opere precium eſt, cuius ab Horatiano moniti fueramus, ſic cōmodum medicinæ officium impendendum, ut cum ſuſceptam cauſam curare ceperimus, alia nō creetur: in hoc quidem aliquorum etiam nunc medicorum peccatum eſt, antiquitus uero freques & manifeſtū in quo quidē Catonē tātum inſaniſſe referunt, ut propriū filiū cremore cauliū occiderit, in hoc etiam peccato Plinium & Horatianum fui precepti immemorē fuiſſe palam eſt, quāquā quartus ille liber ad Euporiſtum potius fabellarū, quā medicamentorū uideatur. Scriboniū etiā largum in hoc errore fuiſſe cōperio. nam longe diſtant ualentiſſimum medicamen eſſe, uel innoxium. Primum ſimplici non deeſſe palam eſt. Secundum uero impoſſibile, igitur ſi non ſolum recte & ualide, ſed & tute quod Galeni preceptū eſt morbum curare uolueris, uel ſimplicibus emendatis, uel compoſitis medicamentis cura procuranda eſt, quod enim ſimplicia ad curandas paſſiones fortiſſima lib.3.c.5. 14.ingenii.

inueniri poſſint concedo, quod innoxia nequaquam, itaq; gentiāt uſum, ut mirabilem credo, ita ſolitarium non ſolum in ſuaue ualde, ſed & noxium puto, ligno Indico non parua iniuria uentriculi manet, unde multos ſcio eo curatos ſecundum uentriculum ab elephātiaſi poſterius longe deterius, quàm argenti uiui in unctione habitos, maxime eos, quos ſecundum naturam prius frigida pituita exercebat: eodē modo aquas thermarum, quoniam miſcere non licet non parua ſequuntur nocumenta, ut quoſdam hydrope occupatos earū potu uiderim, cum tamen egregia ſint iuuamenta ab earum uſu abſtinere non licet, nemo ſanè quod nocēt ignorat, uerum iuuamenti magnitudo uſui conciliat, quàm obrē ſicut imperiti medici eſſet in neceſſariis cauſis ob aliquod detrimentum earum uſum effugere, ita imprudentis & male fortunati, in leuibus cauſis ipſas exhibere. aque tamen Indici, ebeni, cinamomum adiicito, ſic enim & uelox operatio & fortior & mitior, & minus nocua erit, nec tamen exiſtimare conuenit fortibus unquā ſanatos morbis his qui nunquam affecti fuerint pares eſſe, ſicut nec lignum quod per ſe rectum natum eſt ei qui multiplici flexione ad rectitudinē deductum eſt, facit enim illa multiplex flexio, ut uires ac robur ligni, immo etiam compago ipſa aliqualiter ſoluantur. tutius igitur fuerit à morborum inuaſione ſe cuſtodire, etiam quod certa ſanitatis ſpes non deſit, nec ſanationis incōmodum adnumeretur. quæ uero de thermarum aquis experimur ea ſunt non abſimilia his quæ ex aquis ſimplicibus quotidie fiunt iuuamentis, ex acutis enim febrib⁹ plurimos ſanaui ſolo aquæ ſimplicis potu, non tamen negandum eſt interiora nō pariter ledi, uideturq; huius neceſſarius uſus magis q̄ utilis, reubarbari tamen recordatio ſi Auerroi creditur
plus

plus omnibus medicamentis nobis negotium indicit, nam cum multorum medicamentorum uires egregias complectatur, non tamen ſimplex pharmacum refert, ſed compoſitum, at quia non arte ſed natura compoſitum eſt, ideo nec ipſum per ſe omnino innoxium eſt, deterius tamen nocumentum puto eſſe ſiccitatem immodicam cætera tolerari poſſunt, & ſi non laudari, nec in hoc naturam quiſpiam accuſet: nam cum cottum & lanam, & ſericum, nobis parauerit, non propter id uenit accuſanda, quod non ueſtes ipſas formauerit, nam res ipſas nobis natura cõſtituit, modum nequaquam, naturæq; opus eſt medicamina parare, artis uero ad uſum accõmodare. ſic liberalium Principum eſt dona populis concedere, Iuſtitiam adminiſtrare, non tamen ipſorum eſt ſingula cuiq;, ſed magiſtratuum diſtribuere, non enim diuinitatis aut nobilitatis eſt argumẽtum ſingularium curam gerere, ſed ſummæ humanitatis qualem in noſtro Principe experimur, hac enim uirtute in homine ſummæ authoritatis nil preſtantius inueniri poteſt.

¶ Explicit libellus de ſimplici medicina.

BIBLIOTECA ... ROMA VITTORIO EM...

¶ Index eorum quæ in hoc opuſculo continẽtur.

Cap. p^m Quod inſanabiles morbos curare aggrediuntur. fo. 8
2^m Quod in dieta procedunt ingroſſando uerſus ſtatum. fo. 9
3^m Quod nimium pingui utuntur, dando carnes & oua. 10
4^m Quod contuſa & aquam carnis exhibent. 11
5^m Quod laudant olera tanquam cibos. 12
6^m Quod uinum negant egris. 13
7^m Quod Melones preponunt multis fructibus. 14
8^m Quod cibum uberiorem dant in prandio, quã in cena. 15
9^m Quod omni leui cauſa conſulunt medicinas. 17
10^m Quod carnes piſcibus preponunt in omni febriente. 18
11^m Quod auxilia ſimplicia & compoſita corrupta habent. 19
12^m Quod aquis deſtillatis utuntur. 21
13^m Quod utuntur ſimplicibus. 22
14^m Quod unus modus medẽdi eſt uniuerſalis 22
15^m Quod nunquam a principio purgant eradicatiue. 23
16^m Quod a principio ſemper a leuioribus inchoant. 23
17^m Quod uitant, aut procraſtinant ſanguinis minutionem. 25
18^m Quod minoratiue purgant in morbis quietis. 26

 106

19m Quod nutriunt,& purgant in ſtatu. 27
20m Quod omnibus purgationem poſt ſtatum ſaltem expedire putant. 28
21m Quod non utuntur,niſi medicinis quas appellant benedictas. 29
22m Quod materiam ſemper euacuant paulatine, ac digerunt. 30
23m Quod dicunt non omnes morbos ad Phyſicum ſpectare. 30
24m Quod lunæ poſitiones obſeruāt, ut non dent medicinas. 32
25m Quod de inutilibus quibuſcunq; rebus decertant. 33
26m Quod frictiones dimittunt multotiens. 34
27m Quod roborationem uētriculi pretereunt. 34
28m Quod in bubonibus extrinſecis uenam incidunt. 35
29m Quod in laterali morbo minuunt ab aduerſo uel in pede. 35
30m Quod in urinis turbatis ſanguinem mittunt. 37
31m Quod in emoptoicorum curatione ſunt ſegnes. 38
32m Quod in cognitione emoptoicorum proprie aberrant. 39
33m Quod adminiſtrant puluerem cordialem cum cibis. 40
34m Quod in uermium cura dant res leues & incognitas. 42
35m Quod in febre peſtilentiali procedūt cum infrigidantibus. 44
36m Quod pulicarē morbū,morbillum credūt. 44
37m Quod in morbi gallici dignotione cauſis &

cura peccant. 46
38^m Quod non expectant operationem medicinarum. 47
39^m Quod in doloribus non utuntur appropriatis. 47
40^m Quod in fortibus doloribus timēt mittere ſanguinem. 48
41^m Quod in nephriti utuntur diureticis cibis. 49
42^m Quod digeſtiua trina faciunt. 49
43^m Quod in hydrope utuntur ſoldanella. 50
44^m Quod in fluxibus cum febre dant caſſiam. 50
45^m Quod catapocia dant ꝓxime a cena uel ante cenam. 51
46^m Quod in matre puerorum cum febre dant rutham & caſtoreum. 52
47^m Quod multotiens derelinquunt egros, qui poſtmodum ſanantur. 53
48^m Quod nouiter natis quedam medicinalia dant. 54
49^m Quod thermarum aquas multotiens dant, & malo modo. 54
50^m Quod in diſtillationibus actualia cauteria exhibent. 55
51^m Quod aloem proficuum ac ſalutarem in uitæ regimine conſulunt. 56
52^m Quod in uere purgant, & minuunt plurimos quibus nocent. 57
53^m Quod balnea crurium & manuum in febribus perſuadent. 57
54^m Quod cibant in nocte. 58
55^m Quod uitant creticos, qui non ſunt dies cretici. 59
56^m Quod purgant in morbis iuncturarum. 60

 107

57^{m} Quod utuntur temperatis in complicatis affectibus. 60

5 ^{m} Quod aurum imponunt coquinę. 71

59^{m} Quod non obſeruant momentaneam digeſtionem. 73

60^{m} Quod accidentibus curam exhibent. 73

61^{m} Quod uitāt hyemē in detrahēdo ſanguinē. 74

62^{m} Quod dant caſſiam poſt inciſionem uenæ. 75

63^{m} Quod fluentibus menſibus timent uenam incidere. 76

64^{m} Quod non audent ſcarificare abſque purgatione. 76

65^{m} Quod curant ptiſicos paliatiue. 77

66^{m} Quod exturbant egros a ſomno. 81

67^{m} Quod inungūt renes ex unguento Galeni. 81

68^{m} Quod quandoq̧ preponunt medicamentum minutioni. 83

69^{m} Quod utuntur iuribus in confortando uentriculum. 84

70^{m} Quod in æthica dant medicinas. 84

71^{m} Quod dereliquerunt uſum inciſionis arteriarum. 85

72^{m} Quod prohibent aerem liberum ab egris. 86

¶ Quæ in libello de Simplici medicina continentur.

¶ Quod nulla ſimplex medicina eſt ſine culpa.
¶ De pricipalibus uniuſcuiuſq̧ medicinæ iuuamētis.
¶ De earūdem propriis nocumentis.
¶ De ipſorū nocumētorū peculiaribus emēdationib⁹.
¶ De quorūdam illarum malo uſu.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EMANUELE

Venetiis apud Octauianum Scotum.

M D XXXVI.

Cav. G. DI GIACOMO
Restauro del Libro Antico
PESCARA
1970